RERVM AVSTRIACARVM SCRIPTORES,

QVI
LVCEM PVBLICAM HACTENVS NON VIDERVNT,
ET
ALIA MONVMENTA DIPLOMATICA
NONDVM EDITA;
QVIBVS
HVIVS GENTIS, ALIARVMQVE VICINARVM
MEDII AEVI HISTORIA,
AC
IVRA EIVS TEMPORIS PVBLICA PROVINCIALIA,
MVNICIPALIA, FEVDALIA, ET CIVILIA
VBERRIME ILLVSTRANTVR,
EX AVTHENTICIS
BIBLIOTHECÆ AVGVSTÆ VINDOBONENSIS
CODICIBVS MANVSCRIPTIS,
ET
DIPLOMATICIS INSTRVMENTIS
ERVIT AC EDIDIT

ADRIANVS RAVCH
CLER. REGVL. SCHOLARVM PIARVM.

VOLVMEN I.

VINDOBONÆ
APVD IOSEPHVM STAHEL.
M. DCC. XCIII.

AVGVSTISSIMO, INVICTISSIMO,
POTENTISSIMO
PRINCIPI
FRANCISCO SECVNDO
ROMANORVM IMPERATORI
SEMPER AVGVSTO,
GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ,
CROATIÆ, SLAVONIÆ, GALICIÆ, LODOMERIÆ,
HIEROSOLIMARVM
REGI,
ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRGVNDIÆ, ET LOTHARINGIÆ,
MAGNO DVCI HETRVRIÆ,
MAGNO PRINCIPI TRANSILVANIÆ,
DVCI MEDIOLANI, MANTVÆ, PARMÆ &c. &c.
COMITI HABSBVRGI, FLANDRIÆ, TIROLIS &c. &c.
DOMINO, DOMINO
CLEMENTISSIMO.

AVGVSTE.

Dum hanc novam Scriptorum rerum Auſtriacarum collectionem TVI Nominis Maieſtati inſcribi pateris, patrocinium, quo Divæ memoriæ Abavus TVVS CAROLVS VI. editum ab Hieronymo Pezio eiusdem argumenti opus complexus eſt, pro ſingulari TVA erga bonas artes et ſcientias benevolentia patriæ hiſtoriæ impertiris. Ac hi quidem e Palatina Bibliotheca, veluti ex domicilio et patrimonio TVO, depromti codices ad TE unum referendi ſunt, neque alium præter TE Patronum admittunt. Quamquam autem hæc in-

ſignia vetuſtatis monumenta, in quibus præcipue res ab immortalibus Maioribus TVIS geſtæ continentur, eius pretii ſint, ut communi litterati orbis applauſu excipi mereantur; ſummum tamen ad conciliandam fidem robur illis tum accedit, cum Patris Patriæ teſtimonio legitimi habentur, Eiusque præſidio fulciuntur. TVA vero, AVGVSTE, auctoritas ad hoc opus tuendum longe maxima eſt, qui, cum a prima iuventute omnibus ſcientiis, quæ Principibus ad regendas ampliſſimas provincias natis propriæ eſſe debent, innutritus ſis, optime

per-

perſpicis, quam non ſolum patriæ, ſed totius etiam rei-publicæ litterariæ interſit, huius generis cimelia in publicum proferri. Illud autem univerſus orbis profecto mirabitur, TE vel difficillimo hoc tempore, in graviſſimi et ſumtuoſiſſimi belli æſtu, nolle litteris tutelam TVAM deeſſe, ac TVIS auſpiciis præclaros hos codices ad hiſtoriæ decus et incrementum publicis uſibus conceſſos fuiſſe, futura quoque ſæcula celebrabunt. Felicem me, ſi, quantumcunque exilis in hoc conatu induſtria mea eſſe potuit, commodi tamen publici ſpe, et hiſto-

riæ

riæ patriæ serviendi studio a me suscepta TIBI probetur, cui ut perpetua incolumitas, prosperrimi armorum eventus, et constans felicitas obtingant, Deum O. M. obtestor.

MAIESTATI TVÆ

devotus

Adrianus Rauch

Cler. Regul. Scholarum Piarum.

LECTORI BENEVOLO
ADRIANVS RAVCH
S. P. D.

Nolim indulgentia Tua, ampla dissertatione congesta, in primo limine abuti, ab eorum consuetudine longe alienus, qui in præfatione scribenda ingenii doctrinæque ostentandæ locum sibi partum esse arbitrantur. Ea hic sola adferenda esse existimavi, quæ ad perspiciendam instituti mei œconomiam opportuna videbantur.

Multi anni sunt, a quibus præ aliis studiis ad antiquiorem, medii præsertim ævi, patriam historiam colendam, augendam et illustrandam me contuli. Huius vero commodis nulla alia methodo me præstabilius servire posse iudicavi, quam si aut authentica diplomata, aut synchronos Scriptores, aut

)( )(*alia*

alia huius generis monumenta, typis nondum vulgata, eruerem et in publicam lucem proferrem. Ac diplomata quidem præcipuum ad faciendam fidem robur habere nemini dubium est. Quem vero latet, ea in Principum tabulariis, ad quæ profanis aditus præclusus est, summa sollicitudine recondita servari, et alienis usibus nullo modo concedi. Tum vero infinita in orbe evenerunt, quæ diplomatis non sunt firmata. Cum autem omnium intersit, eorum quoque eventuum summam, quæ haberi possit certitudinem consequi, firmius ad hoc præsidium non habemus, quam coævi, et ex Critices regulis fide digni Scriptoris testimonium, quod eo gravius redditur, si plurium testium auctoritas conspiret. Erant itaque sub oculis magna illa Pithœi, Muratorii, Camdeni, Vrstisii, Freheri, aliorumque multorum ex omnibus Europæ regionibus exempla, e quorum Scriptoribus incredibili industria conquisitis, nec minori cura typo editis omnis historia immensam lucem consequuta est: et ut, prætermissis aliis, solum de carissima patria loquar, offerebant se egregia amborum Peziorum, Duellii, Ludewigii, Senkenbergii, Kollarii etc. volumina, quæ postquam preli ope in litterariam rempublicam producta sunt, Austriacæ historiæ, magnis tenebris hactenus obseptæ et turpibus fabulis intextæ, felicissima incrementa conciliaverunt. Quamcunque tamen horum Virorum merita eximia sint, non illi tamen penum omnem exhauserunt. Supersunt inprimis in litterariis Austriæ nostræ repagulis, et, quod non dubitem, in exteris etiam bibliothecis reconditi præstantissimi codices, qui, seu quod eorum domini se illis tamquam peculio privare nolint, seu quod ad hunc difficilem laborem suscipiendum, sumtusque in eam rem faciendos nemo se offerret, delitescunt, manumque obstetricem exspectant. At vero

cete-

ceteras collectiones omnes huius generis Austriacorum cimeliorum, seu numerum seu præstantiam codicum spectemus, longissime superat lectissima illa supellex, quæ in Augusta Bibliotheca Vindobonensi reperitur. De hac si vel ea in memoriam revocemus, quæ summi viri Lambecius, Nesselius, Gentilotus, Kollarius aut prodiderunt, aut se in lucem producturos in editis a se voluminibus publice fidem dederunt, a qua exsolvenda partim graviorum laborum multitudine, partim ætate prohibiti sunt, magno certe historiæ detrimento factum est, ut a longa annorum serie litterato orbi his insignibus præsidiis esset carendum. Nunc cum indulgentissima Illustrissimi ac Excellentissimi L. B. A SWIETEN ab Intimis S. C. ac R. A. M. Consiliis et Augustæ Bibliothecæ Præfecti beneficentia, favente in primis et suppeditante celeberrimo Michaele Denisio, ab aulicis Augusti Consiliis, primoque eiusdem Bibliothecæ Augustæ Custode non modo ad hoc Musarum templum et præstantissimos manu scriptos codices ibidem repositos aditus mihi patefactus, sed etiam liberalissima copia facta sit, eosdem describendi, et preli ope in totius litterariæ reipublicæ commodum evulgandi, omnem, quam potui, diligentiam in id contuli, ut tam efformata mea solius manu apographa, quam typi authenticis codicibus ad amussim responderent.

In hac veterum monumentorum sylloge Chronica seu Annales, in quibus res præcipuæ ad Austriam vicinasque gentes pertinentes adnotatæ sunt, non exiguo numero occurrunt. Hæc maximam partem Viris S. Benedicti institutum professis debentur, in quo ferreis medii ævi temporibus, cum scientiæ pene omnes naufragio proximæ esse visæ sunt, aliqui eiusdem alumni veluti in portu delituerunt, qui paucas

superstites litterarias reliquias ab extremo interitu servarent. Inter ceteros rerum ante nos gestarum studiosos Hermannus Contractus, e Comitum Veringensium stirpe, Asceterii Augiæ maioris collega, edito a se chronico tantam celebritatem est consequutus, ut ad illius imitationem ingens sequacium numerus stylum, et eventuum adnotandorum methodum conformaret. Inde duo enata sunt, alterum magno historiæ commodo, alterum pari pene detrimento: primum, quod in hac præcipue Austria, vix aliquod eodem et subsequentibus sæculis monasterium exstiterit, in quo huius generis chronica, Compilatorum serie continua sibi succedentium opera, non sint elucubrata: alterum vero, quod hi Chronographi plerique omnes conciso et exsangui scribendi genere uterentur, vix summa rei actæ capita attingerent, et quæ ad pleniorem facti cognitionem maxime necessaria erant, adiuncta omitterent; quamquam id malum obtenta chronicorum multitudine, quorum singula quasi mutuas aliorum lacunas explebant, aliqua ratione emendatum ac compensatum sit. Negari vero nullo modo potest, nos in medii ævi historia, si huius generis Annalium subsidio caruissemus, in eadem fere caligine oberraturos fuisse, quam in extricandis primorum orbis temporum eventibus experimur.

Neque tamen hæc collectio solos Chronographos complectitur: alia quoque præclara vetustatis monumenta eadem Palatina Bibliotheca liberaliter suppeditat, quibus patriæ et vicinarum gentium historiæ uberrima lux affunditur. In his rationaria seu libri censuales non modo singularium dynastiarum, sed etiam integrarum provinciarum, qui imperantium ea ætate Principum auctoritate confecti sunt, non postremum locum sibi vindicant; iis enim regionum chorographia,

fami-

familiarum, consuetudinum, monetæ, iudiciorum, aliarumque antiquitatum cognitio mirifice illustratur. Permagni etiam momenti sunt vetera Iura tam provincialia, quam municipalia seu ipsius Metropolis nostræ seu singularium dynastiarum et locorum. Reliqua monumenta, quibus in his Analectis locus erit, recensere longum foret, eorumque series singulis voluminibus præfigetur. Diplomatum autem supellectilem, paucis exceptis, quæ singularibus codicibus inserta sunt, uno ac forte pluribus voluminibus serie chronologica coniungere decrevi.

Notas aut ad emendandos, in quos recensiti Scriptores, ut fit, incidissent, errores, aut ad explicanda illorum temporum iura et consuetudines, aut ad idioma Austriacum præcipue in ligato et rhythmico sermone facilius intelligendum multas præparaveram. Quas ut prætermitterem, complures rationes me permoverunt. Eruditis enim et in re diplomatica versatis hoc opus sacrum est, qui huius generis notas, tamquam sibi minime necessarias, fastidiunt. Deinde nolebam hæc volumina additamentorum conglomeratione nimium excrescere, præsertim cum Germanis nostris iam a multis retroactis annis inane perpetuas notas cumulandi studium non iniuria vitio datum sit. Denique si ex media illa ætate phrases occurrant, quæ legentibus difficultatem adferant, egregia glossaria magno numero in promtu sunt, inter quæ Pezianum illud, Tomo III. S. R. A. subiectum, commodam operam præstabit. Eadem ratione, cum plures eiusdem Scriptoris Codices ad manus essent, eum, quem probatissimum iudicaveram, describendum selegi, et variantes, quas vocant, lectiones recensere neglexi; neque enim Grammaticis sed Historicis hæc collectio destinata est. Indicem

huic primo volumini addere nolui, propterea quod iidem articuli, in posterioribus etiam obvii, ſæpius repetendi eſſent, molemque plus æquo augerent. Scribebam Vindobonæ IV. Nonas Apriles. M.DCC.XCIII.

SE-

Series et ordo anecdotorum, quæ Volumine I. continentur.

VIII.

IN

IN CHRONICON GARSTENSE

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I.

Antiquissimum Ordinis S. Benedicti cœnobium Garstense in Archiducatu Austriæ supra Anasum situm, urbi Stiræ vicinum, nunc autem Iosephi II. Augusti decreto ab aliquot annis religiosis incolis destitutum est. De eius prima origine, & colonis Benedictinis eo deductis differere non est mei instituti, præcipue cum hoc argumentum iam occupaverit & egregie illustraverit clarissimus Hieronymus Pez in observationibus præviis ad excerpta Garstensia, quæ Tomo II. S. R. A. a col. 141. usque 147. edidit. Codex, quo præsens Chronicon continetur, ex Augusta bibliotheca depromtus est, inter profanæ historiæ Scriptores numero LII. notatus. Exaratus est in membrana, & quatuor solum, sed permagnæ formæ folia complectitur, ac minutis, non raro etiam admodum tenuibus characteribus scriptus est, qui frequenter lectionem difficilem reddunt. Quo pacto hoc Chronicon ex pervetusto Cœnobio Garstensi, in quo natales suos habuisse & ab eiusdem loci Monachis compilatum fuisse dubitari non potest, ad Cæsaream bibliothecam transmigrarit, indicia non habemus: sed certum est, nostris quoque temporibus in eo cœnobio nullum illius exemplar exstitisse. Neque enim aut monasterii incolæ & possessores id ignorassent, aut sagacissimis Bernardo & Hieronymo Peziis illud elapsum fuisset, qui, etsi omnes Garstensis asceterii codices vigili oculo excussissent, nullum in eis huius Chronici vestigium repere-

runt.

runt. Visum est illud tamen in bibliotheca Palatina ab eodem eruditissimo & huius generis cimeliorum perquirendorum studiosissimo Bernardo Pezio, id quod in relicta a se scheda testatus est, quam paris eruditionis frater eiusdem Hieronymus T. II. S. R. A. p. 143. citat. Subinde R. P. Petrus Oberhueber Garstensis cœnobii Subprior a celeberrimo Benedicto Gentiloto ab Engelsbrunn, Augustæ bibliothecæ tum Præfecto, multis precibus impetravit, ut hic pauca quædam excerpta, vix ad dimidium folium protensa, & ad solius Garstensis monasterii historiam pertinentia, ex hoc præclaro codice manu propria descripta ad eumdem mitteret. Hæc iste cum laudato Hieronymo Pez, qui insigne suum Scriptorum rerum Austriacarum opus tum moliebatur, amice & liberaliter communicavit, quæ is deinde secundo tomo dicti operis a col. 141. usque 147. intulit. Atque inde facile intelligitur, quantum integer codex, quem nunc in lucem proferimus, Pezianis fragmentis præstet.

II. Sed præter hoc nostrum aliud quoque Chronici huius exemplar exstare necesse est, ex quo, mihi quidem incognito, clarissimus Ferdinandus de Freisleben, Magnæ Mariæ Theresiæ & Josepho II. ab aulicis consiliis & sanctioris tabularii olim Præfectus apographum suum manu propria diligentissime descripserat; ille enim codex a nostro in paucis, nonnullis tamen verbis, sed multo frequentius in orthographia & in annorum scribendorum ratione differt. Hoc apographum exemplar, agente celeberrimo Antonio de Rosenthal, Consiliario itidem aulico, & primo eiusdem tabularii Præfecto, quorum amborum favorem grata, dum vivam, memoria recolam, non integrum quidem describere, sed quædam ex eo depromta in usus meos convertere mihi licuit, cum ante complures annos historiam Austriacam ederem: illudque tomo illius II. pagg. 190. 312. 492. 493. 494. 495. 501: tum tomi III. pagg. 35. 40. 42. 43. 44. 45. 62. 63. citavi, ex quibus locis perspicitur, hoc Chronicon eruditissimis Austriæ Historiographis Puschio, Steyrero, Callesio & Hansitzio probe cognitum fuisse. Hoc apographum Freislebianum, dono doctissimi huius Viri ad se translatum, nuper admodum litteratissimus, & A. R. D. Hieronymus Weinhofer cum meo conferendum amicissime indulsit. Demum aliqua, quantumvis exigua, Chronici huius pars Claustroneoburgensi, quod præsenti eam ipsam ob causam illico subiungam, interiectum est; de quo in observationibus eidem præmittendis plura dicam. Quidquid de his posterioribus sit, codex Palatinus, numero LII. notatus, si quid iudicio assequor, aut propria Compilato-

rum

rum manu aut ſub illorum oculis exaratus, certe originalis & authenticus eſt, atque ob id ceteris exemplaribus omnibus iure præferendus.

III. Primum locum in noſtra collectione hoc Chronicon ex merito depoſcit, quippe quod ad vetuſtiſſima hiſtoriæ Auſtriacæ monumenta pertinet. Nam cum remotis Canonicis, primi Benedictini anno 1111. ad hunc locum incolendum vocati eſſent, primus Chronici huius compilator iam anno 1181. ſcribere deſiit, quod in margine ad indicatum annum his verbis adnotatum eſt: "*hoc anno hec cronica ſcripta fuit Gerſten*" & ipſa litterarum forma ceteræque notæ ſæculi XII. Scriptorem clare demonſtrant. Quæ poſt hunc annum ſcripta leguntur, tres diverſos litterarum characteres exhibent: unde coniectura naſcitur, totidem diverſos huius codicis usque ad annum 1247. compilatores fuiſſe, quos omnes ex ſimilibus indiciis ſeculo XIII. ſcripſiſſe perſuaſum habeo, nec dubito eosdem cœnobii Garſtenſis alumnos fuiſſe. Ita enim in celebrioribus eorum temporum monaſteriis uſu eveniſſe ex inſtituto plurium chronicorum examine apparet, ut e peritioribus aut diligentioribus eorum incolis uni alicui cura commendaretur, res ſui ævi celebriores adnotandi, & ad poſterorum memoriam membranis inſcribendi: quibus deinde aut morte, aut alia cauſa ab hoc officio decedentibus alii atque alii ſufficiebantur. Annus 1248. ſub finem folii quarti in hoc codice adſcriptus, nulla hiſtoria porro ſequente, non obſcure indicare videtur, propoſitum adfuiſſe, hos annales ad poſteriores annos extendendi. Quodſi præſtitum eſt, folia illa aut temporum iniuria, aut alia culpa interiiſſe neceſſe eſt, non mediocri patriæ hiſtoriæ damno. Sed hæc quidem coniecturæ limites non excedunt.

IV. Noſtrum eſt, Chronographorum, quos præ manibus habemus, merita expendere. Itaque, quamquam prioribus induſtriæ in adnotandis rerum eventibus laudem libenter tribuam, ſicca tamen & ieiuna, nonnumquam etiam minus exacta eſt illorum ſcribendi ratio, in iis præcipue, quæ, vel a tempore, vel a loco rerum actarum remotiores, commemoranda eſſe cenſuerunt: unde eos multa aut ignoraſſe, aut ſtudioſe ſiluiſſe, legentes cognoſcent. Id vero vitium pene omnibus eius ætatis Chronographis Monachis, e clauſtri ſeptis raro progredientibus, & in regularum criticarum uſu parum verſatis, commune fuiſſe videtur, atque inde veroſimiliter profectum, quod Hermanni Contracti ſtylum & hiſtoriam ſcri-

bendi methodum sibi imitandam sumserint: de quo in præfatione uberius disserui. At vero posterior, qui ab Anno 1230. orditur, Antecessores suos rerum actarum cognitione, diligentia & acribia longe superavit, & in gestis Principum exponendis præcipuam curam posuit. Id in recensione factorum & turbarum, quæ Friderico II., Bellicoso nomine, Austriæ Duce evenerunt, cui eumdem coævum fuisse coniicio, abunde elucet: ac fateor, me, si hunc codicem & alios, qui hac collectione continentur, tum, cum de illa ætate scriberem, ad manus habuissem, multa accuratius & confidentius adserturum fuisse. Quod, cum ad illius laudem refero, non ita accipiendum est, quasi ea, quæ narrat, omnia, tamquam omnino certissima & indubitata tenenda sint, & critico examine non indigeant: a qua cynosura historiarum cultoribus recedere numquam licet.

I.

I.

CHRONICON GARSTENSE.

D. CCCC. liii. Berrenger rex italie apud augustam ottoni ad dedicationem uenit. Igniti. lapis quasi massa candentis ferri ab occidente volitans uenit. et draco uisus est. Otto rex una cum filio italiam intrat. ac nupcie regales papie facte sunt. Bruno frater regis cum ducatu lotharingie coloniensem episcopatum accepit.

D. CCCC. liiii. Luttolfus dux ottoni patri suo rebellat. Adilbertus comes occiditur. vngarii noricam franciam. italiamque petunt.

D. CCCC. lv. iiii. id. Augusti heinricus dux obiit. Vngarii totam bawariam quodam schirense comite eos perducente. de cuius origine sunt palatini comites. depopulantes iuxta augustam urbem deo iuuante ab ottone rege pugna uicti inmensa cede necantur usque ad vii. viros.

D. CCC. lvi. Luttolfus dux hostiliter italiam inuasit. heroldus salzburchensis archiepiscopus excecatur apud mulidorf.

D. CCCC. lvii. Luttolfus dux Adalbertum bello uicit et ipse eodem anno obiit pro quo burchardus.

D. CCCC. lviii. Alawicus abbas avgiensis obiit pro quo Ekkirart. Cruces in uestibus apparuerunt. Fridericus

ricuſ archiepiſcopuſ ſalzburgenſiſ ordinatur. pro heroldo excecato a fratre regiſ heinrici.

D. CCCC. lviiii.

D. CCCC. lx.

D. CCCC. lxi. Signum in ſole apparuit. Otto rex romam ueniens imperator efficitur.

D. CCCC. lxii. Otto rex ab octauiano iohanne papa ordinatur.

DCCCC. lxiii. Otto imperator natale domini papie moratur. Otto imperator collecta ſynodo epiſcoporum Iohannem papam depoſuit. et Leonem ſibi ſubſtituit.

D. CCCC. lxiiii. Item otto imperator natale domini rome moratur. quam poſtea rebellem obſedit et maxima fame oppreſſam cepit. propter quendam benedictvm quem leoni ſuppoſuerant romani qui et depoſituſ eſt.

D. CCCC. lxv. Otto imperator italiam rediit. Burchardus dux in italia rebelleſ ceſari uicit.

D. CCCC. lxvi.

D. CCCC. lxvii.

D. CCCC. lxviii. Eclypſiſ ſolis facta eſt xi. kal. Octob.

D. CCCC. lxviiii.

D. CCCC. lxx. Signum quoddam ignei coloriſ apparuit.

D. CCCC. lxxi.

D. CCCC. lxxii. Synodus apud ingelinheim propter adalberonem ſancti v̊dalrici nepotem colligitur.

D. CCCC. lxxiii. Sanctus v̊dalricus auguſtenſiſ epiſcopus anno etatiſ lxxxiii. epiſcopatuſ uero l.iiii. non. Jul. Feria vi. migrauit ad dominum Eodem anno pius imperator otto nonis Mai obiit. Burchardus dux obiit. Luttolfi filius otto regnauit.

D. CCCC. lxxiiii. Otto ſecundus ottonis magni filiuſ regnauit annis x. Sanctus Wolfkangus ratiſponenſiſ epiſcopuſ claruſ habetur.

D. CCCC. lxxv.

D. CCCC. lxxvi.

D. CCCC. lxxvi. Diſſenſio inter ottonem imperatorem et heinricum ducem baioarie oritur.

D. CCCC. lxxvii.

D. CCCC. lxxviii. Otto imperator contra lotharium regem galliaſ inuadit. Heinricuſ ét equiuocuſ eiuſ duces. et heinricuſ auguſtane epiſcopus capti ſunt et in exilium miſſi.

D. CCCC. lxxviiii.

D. CCCC. lxxx.

D. CCCC. lxxxi. Otto imperator neapolim uenit.

D. CCCC. lxxxii. Otto imperator apud calabriam occiſo exercitu ſuo a grecis et ſarracenis de naui exilienſ natando aufugit. Otto dux obiit.

D. CCCC. lxxxiii. Otto imperator rome vi. id. decembris moritur et ibi ſepelitur.

D. CCCC. lxxxiiii. Otto tercius Ottonis ſecundi filiuſ admodum puer annoſ xviii.

D. CCCC. lxxxv. Beatuſ hartwicus Ivuauenſis archiepiſcopuſ claruit.

D. CCCC. lxxxvi. Beatus adilbertus bragenſiſ epiſcopuſ paſſus eſt a brucis.

D. CCCC. lxxxvii. fames magna facta eſt.

D. CCCC. lxxxviii.

D. CCCC. lxxxviiii.

D. CCCC. lxxxx.

D. CCCC. xci. Theophania greca imperatrix mater ottonis regiſ anno viiii. uiduitatis obiit.

D. CCCC. xcii.

D. CCCC. xciii.

D. CCCC. xciiii. Chv̊nrado rege burgundie mortuo. Rv̊dolfuſ filiuſ eiuſ ignauuſ ſucceſſit.

D. CCCC. xcv.

D. CCCC. xcvi.

D. CCCC. xcvii. heinricus dux baioarie filius heinrici duciſ obiit. Chv̊nraduſ dux obiit. pro quo hermannuſ.

D. CCCC. xcviii.

D. CCCC. xcviii.

D. CCCC. xcviiii.

M.

M. i. Otto imperator in italia x. kal. Febr. obiit. et inteſtina eiuſ auguſte et reliquum corpus aquiſ ſepelitur grani.

M. ii. heinricus dux baioarie rex effectuſ eſt. regnauit annos xxiii. Patre Hezilone natuſ. lxxxus ab avguſto.

M. iii. Heinricuſ rex. heinricum Marchionem et alios ſibi reſiſtentes cum exercitv peciit.

M. iiii. Heinricuſ rex italiam, boemiam et bolizlaum ducem ſclauorum cum tota gente ſua ſubiugauit. Hermannus dux obiit. pro quo filiuſ puer hermannuſ.

M. v. Fames magna facta eſt.

M. vi.

M. vii. Epiſcopium babenberch ab heinrico rege conſtituitur. Eberhardus ibi epiſcopuſ ordinatur.

M. viii. Luttolfuſ treuerenſiſ archiepiſcopuſ obiit. et epiſcopatum eiuſ adalbero frater regine ſibi uſvrpare quibuſdam contra regem fauentibus molitur. ſed a rege conuicti megingavdo epiſcopatum reliquerunt.

M. viiii. Heinricus rex ſorore ſua giſila Stephano regi vngarorum data in vxorem tam eum quam totum regnum eius ad fidem chriſti uocauit.

M. x. Wolfheradus comeſ IIII. non. Marc.

M. xi. Willigiſuſ mogvncienſiſ archiepiſcopus obiit. pro quo Erchinbalduſ. theodoricuſ dvx a lothariiſ captuſ eſt.

M. xii. Beatus Cholmannvs. martirizatuſ eſt et ſuſpenſuſ apud ſtocherovuue. Hermannuſ dux obiit ivnior. Chvnradus dux obiit.

M. xiii. Hoc anno beatus colomannus ſepultuſ eſt in eodem loco.

M. xiiii. Hoc anno beatus colomannus a megingaudo hebeſtatenſi epiſcopo in medeliecha ſepultuſ eſt. Heinricuſ rome imperiali benedictione coronatur a bonifacio papa.

M. xv.

M.xv. Ernuſt dux in uenatv ab adalberone comite ſagitta occiditur. cuiuſ uidvam giſilam ex antiquo Karolorum ſangvine oriundam Chvnradus poſtea imperator duxit uxorem.

M.xvi.

M.xvii. Gotfridus dux berhardum vicit.

M.xviii.

M.xviiii. Chvnradus puer auxiliante patruele ſuo Chvnrado poſtea imperator adalberonem ducem pugna uicit. et fugavit.

M.xx. Benedictus papa babenberch ueniens eccleſiam ſancti Stephani dedicauit Werinhartus argentine urbiſ epiſcopuſ cvm alamanniſ contra burgundiones pugnauit et uicit.

M.xxi. Terre motuſ factuſ eſt magnuſ iiii. iduſ mai feria vi.

M.xxii. Heinricuſ nouam troiam cepit et magna in exercitv mortalitas facta eſt. Nohtgeruſ magiſter obiit.

M.xxiii.

M.xxiiii. Heinricuſ imperator iii. idus ivlii obiit. in babenberch epiſcopio a ſe facto in monaſterio ſancti petri ſepelitvr.

M.xxv. Chvnradus imperator pene annos xv. regnauit. Magna diſſenſio in regno contra Chvnradvm efficitur.

M.xxvi. Chvnradus rex filium ſuum heinricum regem fecit. et ipſe romam ueniens imperator efficitur. Bruno auguſtenſiſ epiſcopuſ et Welf comes predaſ et incendia inter ſe faciunt.

M.xxvii.

M.xxviii. Ernuſt dux priuignuſ imperatoriſ et Welf comeſ chvnrado imperatori addicationem ueniunt.

M.xxviiii. Chvnradus imperator perrexit in poloniam.

M.xxx. Chvnradus imperator ſtephanum pannonie regem cum exercitu petit. Interea Ernuſt dvx in ala-

mannia et Werinhartus comeſ occiduntur xvi. kalend. Septembriſ. frater eius hermannus ſucceſſit.

M.xxxi. Stephanuſ rex miſſiſ legatiſ cum imperatore Chv̂nrado pacificatuſ eſt.

M.xxxii. Rv̂dolfuſ rex burgundie morienſ diadema ſuum Chv̂nrado imperatori comiſit.

M.xxxiii. Chv̂nradus hieme burgundiam petit. Eclypſiſ ſoliſ iii. kal. ivlii hora quaſi vi. Chv̂nraduſ occidentalem franciam contra Ottonem petit.

M.xxxiiii.

M.xxxv. Chv̂nraduſ iterum burgundiam uaſtat. Pagani ſaxonie confinia petunt. Pagani qui liutici dicuntur wirbinam caſtellum in confinio ſaxonie, mvltis chriſtianiſ occiſis captam obtinent. quos Chv̂nradus imperator cum exercitu petit.

M.xxxvi. Italia ciuium diſcordia laborat. Nuptie heinrici regiſ. Pagani ſupradicti. Chv̂nrado imperatori uectigaleſ facti ſunt.

M.xxxvii. Chv̂nraduſ imperator italiam cvm exercitv petit. et mediolanenſem archiepiſcopum in cuſtodiam miſit. qui fuga lapſuſ cum aliiſ quam plurimiſ eidem imperatori rebellat. Chv̂nradus imperator placentinum vercellenſem Cremonenſem epiſcopoſ exilio dampnat.

M.xxxviii. Eliſdrud que Chvnigunt regina ſponſa heinrici regiſ xv. kal. avguſti et hermannuſ dux alemannie v. kal. avg. in italia cum multiſ aliiſ obeunt. Sanctuſ Stephanuſ ungariorum rex bone memorie obiit. pro quo Petruſ regnat.

M.xxxviiii. Chv̂nraduſ imperator. ii. nonas Jvnii obiit. et apud ſpiram ſepelitur. Chv̂nradus dvx et adalbero dvx obierunt Eclipſiſ ſoliſ xi. kal. Sept.

M.xl. Heinricuſ filiuſ Cv̂nradi ex Giſila regnauit annos xviii. Heinricuſ rex boemie ducem bello petit. ſed multiſ proceribuſ et militibuſ in preſtructione ſilue citra et ultra occiſiſ uel captiſ nichil dignum efficere potuit.

M.xli.

M.xli. Vngarii quendam ouonem regem ſibi eligenteſ. petrum regem ſuum expellunt. Heinricuſ rex ungariam cvm exercitv ingreſſuſ igne predaque cuncta deuaſtauit.

M.xlii. Adalbertus marchio qui marchiam orientalem vngariis primo abſtulit & filiuſ eiuſ liupolduſ maximam partem exercituſ ouoniſ delentt. Heinricuſ rex iterum vngariam ſibi ſubiecit. Popo patriarcha obiit.

M.xliii. Giſila imperatrix mater heinrici regiſ xvi. kal. Martii obiit. Heinricuſ rex iterum pannoniam petenſ ungaroſ per iuſiurandvm ſubiugauit. Liupolduſ filiuſ Adalberti marchioniſ moritur. v. iduſ decembriſ.

M.xliiii. Heinricuſ quarto ouonem regem rebellantem uicit. & petrum regno ſvò reſtituit. Romana ſedeſ a tribuſ inuaſoribuſ miſere occupatur, quoſ qvidam Gratianuſ preſbiter pecunia cedere perſuaſit. & ipſe papa ordinatur Gregorius ÷ dictus.

M.xlv. Petrus rex heinricvm regem in pentecoſten magno apparatv ſuſcepit. Bruno Wirzburgenſiſ epiſcopuſ obiit. Adalbero ſucceſſit.

M.xlvi. Petrus rex excecatuſ eſt ab ungariiſ. et andreaſ rex efficitur. Heinricuſ rex colleeto epiſcoporum conuentu Gracianum qui & Gregoriuſ depoſuit.

M.xlvii. Swideger qui & Clemenſ babenbergenſiſ epiſcopuſ ab heinrico rege electuſ in natali domini papa conſecratur. & heinricus rex & eiuſ coniunx agneſ ipſa die imperiali benedictione ſublimantur.

M.xlviii. Swidgero papa mortvo poppo aquileienſiſ patriarcha ſubrogatur et damaſuſ dicitur.

M.xlviiii. Andreas rex ungarorum per legatos imperatori heinrico ſubieetionem & annuum cenſum iure iurando promiſit. Sanctus leo papa nonus qui & bruno natione tevtonicus papa ordinatur damaſo mortuo.

M.l. Agneſ imperatrix imperatori filium peperit nomine heinricvm.

M. li. Sanctus Bardo Archiepiſcopuſ obiit. Andreaſ rex et adalbertuſ marchio pacificantur.

M. lii. Sanctuſ Wolfkanguſ a ſancto leone papa translatuſ eſt, et in nouam criptam repoſituſ.

M. liii. Heinricuſ imperator Pannoniam cum exercitv petit Leonem papam ſecum dvcens & glorioſiſſime redit. Papa Leo qui & bruno natalem chriſti cum imperatore wormacie egit.

M. liiii. Sanctus Leo papa comiſſo in appulia cvm Normanniſ & eorum duce Roberto Giſcardo graui prelio fugere compellitur.

M. lv. Beatuſ leo papa dormiuit in chriſto xiii. kal. Mai. pro quo Victor qui Gebehardvſ heichſtenſiſ epiſcopuſ ordinatur.

M. lvi. Adalbertuſ marchio avſtrie obiit et Ernuſt filiuſ eiuſ ſucceſſit. Cvno dux bawarie ab imperatore expulſuſ in pannonia exul moritur.

M. lvii. Heinricuſ imperator obiit iii. non. Octob. filius eiuſ heinricuſ ſucceſſit.

M. lviii. Heinricuſ quartuſ regnauit annoſ xl. viii. Victor papa obiit. pro quo Stephanuſ qui et fridericuſ eligitur. Agneſ imperatrix ſuſcepit ducatum bawarie.

M. lviiii.

M. lx. Ordinatio uenerabilis Gebehardi archiepiſcopi ivuauenſiſ.

M. lxi.

M. lxii. Agneſ imperatrix & Gunthariuſ epiſcopuſ predaſ & incendia in inuicem exagitant. Heinricuſ ſeparatus eſt a matre ſua anno vi. regni eiuſ. Etatiſ vero xi.

M. lxiii. Heinricuſ rex exercitum mouit in pannoniam. & Salomonem regem conſtituit. federatiſque omnibuſ cvm ſummo honore reuertitur.

M. lxiiii. Cedes magna facta eſt in goslarenſi monaſterio preſente rege & principibuſ eiuſ. Multa mala tunc temporiſ facta ſunt in terra.

M. lxv. Heinricuſ rex accinctuſ eſt gladio anno regni

gni sui nono in pascha. Sigifridus moguncienſis episcopus & Guntharius babenbergenſis episcopus hierosolimam tendunt.

M. lxvi. Meginhardus comes occiditur. Stella cometes diu per orbem terrarum totum apparuit. Gwillelmus comes normannie Rege anglie. heraldo occiso ipse pro eo regnauit.

M. lxvii. Heinricus imperator duxit Bertham filiam ottonis comitis uxorem.

M. lxviii. Multa & diuersa his temporibus mala in toto regno facta sunt.

M. lxviiii.

M. lxx. Otto dux bawarie regi rebellauit.

M. lxxi. Adalheida Marchionissa obiit. Welfo dux bawarie factus est expulso Ottone.

M. lxxii. Episcopium Gurcense a uenerabili Gebehardo archiepiscopo constituitur. et Guntherus ibi episcopus ordinatur.

M. lxxiii. Welfo dux bawarie. et Rudolfus dux sveuie. nec non Pertholdus dux chorinthiorum in unum coniurant adversus regem heinricum. hildebrandus qui monachus Cluniacensis et Gregorius papa ordinatur Alexandro papa defuncto.

M. lxxiiii. Heinricus rex in vngariam adversus Jottsconem patruelem salomonis profectus incassum rediit. Monasterium admuntense a venerabili Gebehardo archiepiscopo dedicatum est.

M. lxxv. Ernust marchio austrie et Gebehardus pater Lotharii postea imperatoris occisus est in saxonia in bello. Liupoldus filius eius successit. Hoc primum bellum huius regis cum saxonibus iuxta fluvium qui vocatur (Vnstrutt.)

M. lxxvi. Anno coloniensis episcopus obiit.

M. lxxvii. Magna discordia inter papam & regem oritur. Heinricus rex italiam proficiscitur, & Rudolfus dux in regem eligitur apud uorichem.

M. lxxxviii.

M.lxxviii. Bellum ii. huius regis inter duos reges in ſaxonia comittitur in quo diepalduſ comeſ occiditur feria iii. vii. id. avg. Ivxta fluuium qui dicitur ſtreua.

M.lxxviiii.

M.lxxx. Papa Gregorius qui & hildibranduſ regem heinricum excommunicauit. Welfo dvx baioarie hoſtiliter auguſtam ciuitatem inuaſit & depredauit atque incendit. Tercium bellum huiuſ regiſ cum ſaxonibus iuxta uillam que dicitur durloch. feria ii. v. kal. febr. Rv̊dolfuſ rex ocubuit.

M.lxxxi. Antiſteſ Altmannuſ marchioque liupalduſ aliique principeſ iurabant in vnum contra regem heinricvm. Quartum bellum huius regiſ cum ſaxonibuſ ivxta fluuium qui dicitur elſtra. feria v. idus octobr.

M.lxxxii. Bawarii & boemii cum Lwpoldo marchione ad mavriperg dimicauerunt et uicerunt. Bellum quod pugnauerunt fideleſ huiuſ regiſ contra perfidoſ ſueuoſ ivxta danubium apud uillam que dicitur hohſten. feria iiii. iii. iduſ agvſti.

M.lxxxiii. Heinricuſ rex wichbertum hereticum ſuperpoſuit in ſede apoſtolica Gregorio vii. eiecto.]

M.lxxxiiii.

M.lxxxv.

M.lxxxvi. Sextum bellum Heinrici regiſ cum ſveuiſ & ſaxonibuſ iuxta villam que dicitur plaichvelt feria tercia idus auguſti.

M.lxxxvii.

M.lxxxviii. Gebehardus archiepiſcopus ſalzburgenſis obiit.

M.lxxxviiii. Conſtitutio monachorum in loco Medilicenſi ſub abbate ſebeboldo (a) in feſto ſancti Benedicti abbatis.

M.lxxxx. Ordinatio uenerabilis Domni tymonis archiepiſcopi ivuauenſiſ.

M.lxxxxi.

(a) Ita Mſ. pro Sigiboldo.

M. lxxxxi. Altmannuſ epiſcopuſ obiit.

M. lxxxxii. Vdalricuſ epiſcopuſ patauienſiſ conſtituitur. Profectio ad Heruſalem cepit inſtitui. Gotfriduſ dvx Lotharingie et Robertuſ flandrenſiſ comeſ cum multiſ aliiſ illo tendunt.

M. lxxxxiii.

M. lxxxxiiii. Ordo monachorum cepit in monte Kotewich. Sanctus Nicolauſ a Mirea grecie tranſlatuſ eſt barum anno obitus vi. dcclxxv.°

M. lxxxxv. Apud halla dedicata eſt eccleſia a uenerabili Tiemone archiepiſcopo ivuauenſi vi. ordinationiſ ſue anno. Petruſ heremita aliique plureſ tendunt hieroſolimam.

M. lxxxxvi. Liupalduſ marchio obiit. filiuſ eiuſ liupolduſ larguſ ſucceſſit.

M. lxxxxvii.

M. lxxxxviii. Heinricuſ epiſcopus eligitur friſingenſis. Chriſtiani obtinuerunt Iheroſolimam.

M. lxxxxviiii.

M. c. Vrbanuſ papa moritur.

Chriſtum millenoſ natvm centvmque ſub annos.
Hieruſalem franci capiunt virtute potenti.
Huic credebant qui ieruſalem capiebant.
Lux prior aprilis nam phaſe tunc dedit illis.

M. ci. Dux Welfo profectus eſt hieruſalem ſimulque ita marchioniſſa avſtrie & tiemo archiepiſcopus ivuauenſis. Vrbano Paſchalis papa ſuccedit. Gotfriduſ dux hieruſalem obiit. Baldwinuſ frater eiuſ in regem ungitur.

M. cii.

M. ciii.

M. ciiii. Sigihardus comeſ occiditur Ratiſpone.

M. cv. Heinricus rex filius heinrici imperatoriſ contra patrem ſuum in regnum ſurrexit. Baldwinuſ rex hieruſalem frater Gotfridi cum iiii. milibuſ. L. milia ſarracenorum fudit rege eorum occiſo.

M. cvi.

M. cvi. Henricuſ iiii. imperator obiit vii. idus avg. Ordinatio domni Chv̊nradi archiepiſcopi ivuauenſis. Marchio liupolduſ agnetem filiam imperatoris duxit uxorem.

M. cvii. Heinricuſ regnauit poſt mortem patriſ xviiii. anniſ. Ordo canonicorum cepit Garſten.

M. cviii. Heinricuſ rex obſedit caſtrum preſburch.

M. cviiii.

M. c. x. Heinricuſ rex magnam expedicionem in italiam mouit & Paſchalem papam rome cepit ſed poſtea eius gratiam & benedictionem imperialem aſſecutus eſt.

M. c. xi. Dominus Bertholduſ abbaſ Garſtenſiſ eligitur. Ordo monachorum.

M. c. xii. Sitanſtenſe cenobium conſtructum eſt.

M. c. xiii.

M. c. xiiii. Heinricus imperator ſaxoneſ ivxta welfholz hoſtiliter inuaſit. a quibuſ uictus. cvm paucis euaſit. Dominuſ hartmannuſ primuſ chotewigenſis abbaſ eſt.

M. c. xv. Dominuſ Woluolduſ uenerabilis abbaſ admuntenſi loco preficitur.

M. c. xvi. Sigibolduſ abbaſ obiit. Engilſchalchus ſucceſſit. Terre motuſ factuſ eſt magnuſ per uniuerſam tevtonicam & italicam terram iiii. non. Januarii.

M. c. xvii.

M. c. xviii. Vngari ivxta fluuium litaha noſ uaſtauerunt. Paſchaliſ papa obiit. Per plurimaſ parteſ mundi magna inundatio aquarum facta eſt.

M. c. xviiii. Paſchali Pape Gelaſiuſ ſuccedit.

M. c. xx. Peregrinatio. Galaſio qui vno anno ſedit mortuo. Kalixtus papa ordinatur.

M. c. xxi. Hoc anno ſecundo dedicatum eſt monaſterium admuntenſe a uenerabili Cv̊nrado archiepiſcopo ivuauenſi. v̊dalricuſ Patauienſiſ epiſcopuſ obiit. Reginmaruſ ſucceſſit. Erchinfriduſ abbaſ eligitur.

M. c. xxii. Hoc anno ab apoſtolico Calyſto conſecratur viiii. (a) iduſ Marcii, et priuilegium noſtri monaſterii ac-

(a) Ita perpuram MC. pro viii.

acquisiuit Erchinfridus abbas Medlicensis. Otakkerus marchio stirensis obiit. filius eius livpoldus successit.

M. c. xxiii.

M. c. xxiiii. Kalixtus papa obiit. Honorius ei successit.

M. c. xxv. Heinricus imperator obiit x. kalend. Ivnii. Lotharius dux saxonum in regem eligitur xcii^us. ab avgusto. Nanzo abbas obiit nonis febr. Kalyxto papa defuncto. honorius ei succedit.

M. c. xxvi.

M. c. xxvii. Aua inclusa obiit viiii. id. februarii. Heinricus dux bawariorum obiit. terre motus factus est magnus nocte et die idibus aprilis.

M. c. xxviii. Helmbertus abbas lambacensis obiit viii. id. febr. Liutpaldus marchio de stira obiit.

M. c. xxviiii. Greci et Vngari discordantes apud fluuium Soviam castra metati sunt vii. kal. Martii.

M. c. xxx. xv. kal. Martii Honorius papa obiit. Spira a lothario rege obsessa traditur. Innocentius papa ordinatur.

M. c. xxxi. Stephanus rex ungarorum obiit. Bela cecus successit. Fridericus coloniensis episcopus obiit.

M. c. xxxii. Lotharius rex profectus in italiam. et Rogerium tirannvm de apulia expulit et campania. ac Reginaldvm dvcem ibi constituit.

M. c. xxxiii. Eclipsis solis facta est. iiii. non. avg. hora nona.

M. c. xxxiiii. Bela cecus rex ungarorum triumphauit de polonicis. sed in dolo.

M. c. xxxv. xv. kal. Aprilis Lotharius imperator et dux fridericus pacificantur bauenberg.

M. c. xxxvi. Dedicatvm est monasterium niumburch ab Archiepiscopo Chvnrado et Reginmaro et Romano episcopis xvii. kal. decembris. Liupoldus largus marchio obiit. Lotharius imperator secundo profectus est in italiam. Otto comes de Diezen occisus est.

 M. c. xxxvii.

M. c. xxxvii. Lothariuſ imperator. adelbertuſ epiſcopuſ moguntienſiſ. et Bruno colonienſiſ epiſcopuſ. heinricuſ friſingenſiſ epiſcopuſ obierunt. Lvdwicuſ rex francorum obiit. Heinricuſ rex anglorum obiit. Pie memorie Woluolduſ abbaſ requieuit in domino.

M. c. xxxviii. Chůnraduſ rex eligitur. iii. id. Marc. Reginbertuſ Patauienſiſ epiſcopuſ, et Otto friſingenſiſ epiſcopuſ. et Gotfriduſ admuntenſiſ abbaſ conſtituuntur. filia Beliſ regiſ ungariorum deſponſatur filio Cůnradi regiſ.

M. c. xxxviiii. Innocenciuſ papa pluſ quam DC. epiſcoporum ſynodvm rome collegit. exceptiſ ſanctiſ patribuſ quorum ibidem multitudo quam maxima conuenit. feria ii. iii. id. april.

M. c. xl. Domnuſ Wernheruſ ex admuntenſi monacho. brůlenſiſ abbaſ ordinatur.

M. c. xli. Luipolduſ dux bawariorum obiit. Iohanneſ preſbyter rex armenie et indie cum ii^bus^ regibuſ fratribus perſarum et medorum pugnauit et uicit.

M. c. xlii. Bone memorie Pertholduſ garſtenſiſ abbaſ requieuit in domino. Folcho rex hieruſalem obiit.

M. c. xliii. Pie memorie Innocenciuſ papa defungitur. pro qvo Celeſtinus qui et Gwido apoſtolice ſedi preficitur. Domnus Pertholdus ex admuntenſi monacho S. Emmerani abbaſ efficitur.

M. c. xliiii. Celeſtinuſ papa obiit qui et Gwido pro quo luciuſ intronizatur agnomento Gerhardus. Kalolohuſ Grecorum imperator obiit. cui ſuccedit manuel filiuſ eiuſ. Mira variiſ lociſ contigere prodigia. Ponſ lapideuſ magne amplitudiniſ ad erphifurt. cvm eccleſia ſuper poſita multaque plebe celitus abſumptus traditur.

M. c. xlv. Sanguinus rex Sirie cepit Ediſſam que nunc rochal dicitur in natiuitate domini. Hoc anno turbo vehemenſ in orientali plaga extitit inter natiuitatem domini et quadrageſimam. adeo fortis ut homineſ plavſtraque cum bubuſ leuata ſaxiſ et arboribuſ alliſa peſſvm daret.

M. c. xlvi.

M. c. xlvi. Porſa quidam patruelis regis ungarici Chvnradum regem promiſſa pecunia flexit, ut regnum ungarie patri illius ablatvm ſibi reſtitueret. A quo etiam perſuaſi comites Herim et Lvtt, caſtrum preſpurch fraude inuaſerunt in paſchali ebdomada. quod tamen Goviſo rex forti manv requiſiuit.

M. c. xlvii. Chvnradus archiepiſcopus ſalzburgenſis obiit v. id. aprilis. pro quo Sanctus Eberhardus abbas piburgenſis eidem ſedi preficitur. Chvnradus rex cvm maxima tevtonicorvm manu hieroſolimam petit quem ludouicus rex gallie ſecutus eſt. Fridericus dux obiit.

M. c. xlviii.

M. c. xlviiii. Willehalmus preſbyter et monachus vi. kal. Marc. Chvnradus rex et ludwicus rex galliarum ſepulchro domini ihesu chriſti adorato ad ſua imperia obtinenda reverſi ſunt.

M. c. l.

M. c. li. Welfo filius ducis Heinrici cum alijs principibus Chunrado regi in dedicionem veniunt.

M. c. lii. Chvnradus rex obiit. xv. kal. Marc. pro quo fridericus dux in regem eligitûr. xc. iiii^us. ab avguſto. Admuntenſe cenobium incendio flagrauit v. idus Marc. terre motus factus eſt v. kal. nov. circa ueſperam. Chvnradus dux Zarenſis obiit. tota urbs ratiſponenſis cvm ſex monaſteriis arſit.

M. c. liii. Eclipſis ſolis facta. iiii. kal. febr. ueſpere. Eugenius papa et Bernhardus Clareuallenſis abbas obeunt. Anaſtaſius papa qui et Chvnradus eodem anno ordinatur et defungitur.

M. c. liiii. Anaſtaſio pape Adrianus ſuccedit.

M. c. lv. Fridericus rex romam ueniens imperator efficitur. Cometes uiſa eſt. iii. non. Mai. Heinricus ratiſponenſis epiſcopus v. idus eiuſdem obiit. cui hartwicus in epiſcopatu ſuccedit.

M. c. lvi. Fridericus imperator uxorem duxit Beatricem filiam Reginoldi comitis. repudiata filia diepoldi marchionis quam prius habuit uxorem.

M. c. lvii. Imperator fridericuſ boloniam adiit. Diſſenſio inter papam adrianvm & imperatorem fridericum oritur. Heinricuſ comeſ de wolfrathvſen obiit. Domnuſ Iohanneſ ex admuntenſi monacho Chotewigenſium abbaſ efficitur.

M. c. lviii. Imperator fridericuſ urbem mediolanum obſedit. et ad deditionem ciueſ eiuſ coegit. in qua obſidione anſelmuſ rauennatenſiſ epiſcopus obiit. Ekkebertus comeſ occiditur. hoc anno Otto friſingenſis epiſcopuſ obiit. & adalbertus pro eo eligitur. Mediolanenſeſ iterum rebellant.

M. c. lviiii. Adrianuſ papa kal. Septembr. obiit. Quo mortuo de ordinando papa diſſenſio facta eſt. Octauianuſ Cardinaliſ a parte Ceſariſ conſtitutuſ victor dicitur. Rvlanduſ cancellariuſ vero ab uniuerſali eccleſia electuſ alexander uocatur.

M. c. lx. Crema caſtellum mediolanenſium ab imperatore friderico obſeſſvm captum et deſtructum. arnolduſ archiepiſcopuſ mogvntinuſ a ciuibuſ occiditur in monaſterio S. Jacobi.

M. c. lxi. ii. id. febr. luna xiii. ultra ſolitum illuſtrata et ſubito in ſumma celi ſerenitate igneo ſanguineoque colore uiciſſim per v. fere horaſ reſperſa paulatimque in priſtinvm ſplendorem circa mane reuertitur. Heinricuſ dvx Karinthie periit in ionio mare. pro quo hermannuſ frater eiuſ ducatvm gerit. Piligrimuſ patavienſis archiepiſcopus obiit. pro quo vdalricuſ ordinatur. Engilbertuſ hallenſiſ comeſ obiit.

M. c. lxii. Imperator fridericuſ mediolanenſeſ iterum rebellanteſ ualida obſidione fame tandem ad deditionem coactoſ urbe multiſ occiſiſ expulit. ipſa ferro flammiſque uaſtata. et ad ſolum uſque coequata. Goviſo rex angarorum obiit. Pro quo lanzlav frater eiuſ regnat. urbo abbaſ Pruvingenſiſ obiit.

M. c. lxiii. terremotuſ factuſ eſt magnuſ. v. kal. octob. veſpere. Fridericuſ imperator quarto italiam ingreditur.

Ota-

Otachero marchioni filiuſ naſcitur eiuſdem nominiſ xiiii. kal. Sept. Lanzlaw rex vngarorum obiit. Stephanuſ frater eius coronatur. Cui rebellat Stephanus filiuſ fratriſ eiuſ Gouiſ regiſ.

M. c. lxiiii. Octauianuſ ſciſmaticuſ obiit. Eberharduſ iuvauenſiſ archiepiſcopuſ dormiuit in chriſto x. kal. Iulii. Pro quo Chv̂nraduſ patruuſ Ceſariſ patauienſiſ epiſcopuſ intronizatur. hertwicuſ ratiſponenſiſ epiſcopuſ obiit. x. kal. octob. Hartmannuſ epiſcopuſ brixinenſiſ requieuit in chriſto. Gebeharduſ de purchvſe obiit. Otacher marchio de ſtira obiit.

M. c. lxv. Feliciſ memorie Gotfridus abbaſ admuntenſiſ requieuit in chriſto. vii. kal. Ivlii. Pro quo domnuſ Livtoldus ab eo nutritus et ipſius profeſſus eligitur kal. Iulii. Chriſtanuſ apud Mogontiam domino Chv̂nrado ſupponitur.

M. c. lxvi. Curia apud lovfe habita vbi ab imperatore ſalzburgenſi epiſcopatu pro obedientia domni apoſtolici principeſ inbeneficiantur. Imperator italiam quinto ingreditur. Domnuſ heinricuſ abbaſ milſtat eligitur. filia heinrici duciſ auſtrie deſponſatur ſtephano regi ungarie.

M. c. lxvii. Romanuſ Gurcenſiſ epiſcopuſ obiit. Heinricuſ abbaſ Sancti petri ſuccedit. cui Siboto ſuccedit. Hugo prepoſituſ ſalzpurch et Perhtolduſ de pogen obiit. Fridericuſ imperator romam uenit. ubi multi tam principeſ quam etiam plebeii moriuntur. fridericuſ de rotenburch. Welf iunior. Gebeharduſ de purchuſen obiit.

M. c. lxviii. Chv̂nraduſ archiepiſcopuſ ſalzpurch migrauit ad dominum. cui ſuccedit filiuſ regiſ boemie adelbertuſ.

M. c. lxviiii. Fridericuſ imperator curiam apud ſalzpurc habuit. et epiſcopatvm ipſvm in deditionem accepit. Grando magna per loca. vinum carum. Domnus Heinricus abbas biburch eligitur.

M. c. lxx. Fridericuſ uſque imperator ad libnich

 mon-

montana nostra intrauit. et diem palmarum apud Garsten uillam celebrauit. in pentecoste vero curiam apud ratisponam habuit. Eberharduſ babenbergenſiſ episcopuſ obiit. Rex ieruſalem de ſarracenis gloriose triumphauit.

M. c. lxxi. In partibuſ noſtriſ uacca uitulum duo capita. viii. pedeſ. duaſ cavdaſ habentem peperit. Beate memorie Livtolduſ abbaſ obiit in christo.

M. c. lxxii. Pro abbate Livtoldo Rvdolfuſ prior de S. Lamberto eſt conſtitutuſ. Quo poſt paruum tempuſ refutante. et Irmbertus abbaſ S. Michaheliſ eſt ſubſtitutuſ. Dux bawarie herusalem eſt profectus et reuerſuſ. Adilbertuſ archiepiſcopuſ Viſcha ordineſ fecit.

M. c. lxxiii. Fridericuſ imperator regem boemie circumuentvm depoſuit. fratruelemque ipſiuſ ſubſtituit.

M. c. lxxiiii. Imperator fridericus curia ratiſpone habita heinricum prepoſitvm in ſalzpurgenſem ſedem ſuppoſuit. Imperator italiam fexto ingreditur. Heinricuſ Gurcenſiſ epiſcopuſ. obiit. cui ſuccedit Romanuſ prepoſituſ.

M. c. lxxv. Dux auſtrie. et dux karinthie. nec non et Marchio de ſtira predaſ et incendia inuicem exagitant. interque eccleſia S. Viti cvm ccc. hominibuſ exarſit.

M. c. lxxvi. Vrbſ ratiſpona incendio flagrat. Chvnradus Moguntinus archiepiſcopuſ adilberto in epiſcopatu ſalzburch ſuccedit.

M. c. lxxvii. Heinricuſ dux auſtrie obiit. Lambertuſ abbaſ admuntenſiſ obiit. Hermannuſ babenbergenſiſ epiſcopuſ obiit. cui ſuccedit Otto. Domnuſ alexander papa et imperator Fridericuſ cvm magna multitudine procerum tam ſpiritualium quam ſecularium venecie conuenienteſ. diutina lite eccleſie ſedata conciliantur.

M. c. lxxviii. Domnuſ Iſinricuſ biburgenſiſ abbaſ admundenſi cenobio preficitur. fridericuſ dux boemie efficitur. Romanuſ epiſcopuſ Gurcenſiſ obiit. Grando multa.

M. c. lxxviiii.

M. c. lxxviiii. Alexander papa synodvm rome plusquam ccc. episcoporum et aliorum plurimorum patrum celebrauit. in quadragesima. Heinricus dux bawarie et saxonie ab imperatore et ceteris principibus proscribitur.

M. c. lxxx. Otacherus ex marchione styrensi ducis nomen est adeptus. eo anno qvo etiam gladio est accinctus. Otto de witlinspache palatinus senior. dux bawarie constituitur. Manuel grecorum imperator obiit.

M. c. lxxxi. Apud iuuauium id est Salzburch. S. Virgilius episcopus. octauus a beato ruperto. domino reuelante reperitur. Cum quo et alii sancti pontifices, vitalis. hertwicus. Eberhardus. et ipse primus et precipuus eorum sanctus Rupertus multis miraculis declarati a cunctis fere non solum uicinarum sed et longe positarum regionvm populis frequentantur. *In margine:* hoc anno hec cronica scripta fuit Gersten.

M. c. lxxxii. Pie memorie Chv̊nradus garstensis Abbas x. kal. Novembris obiit in christo. Luipoldus dux austrie hierusalem est profectus et reuersus. Beate memorie v̊dalricus abbas chremsmunster iiii. kal. sept. obiit.

M. c. lxxxiii. Moritur in tuscia cristanus mogontinus heu male archiepiscopus cui subrogatur Chunradus iuuauiensis iniuste archiepiscopus, sed mogontie ante cristanum electus. & per imperatorem remotus. et iuuauienses revocant suum debitum archipresulem albertum boemici ducis germanum ante prefatum chv̊nradum canonice electum et confirmatum sed per imperatorem iniuste depulsum.

M. c. lxxxiiii. Fridericus imperator romanorum apud ciuitatem Mogontinam filium suum ense succinxit eundemque ibi coronauit. prius habita curia apud erfurder ubi edificium super caueam feditatis constructum decidit fridericum comitem de abmberc cvm quinque aliis eiusdem dignitatis nobilibus familiaribusque ad numerum sex et lx^ta^ tum in ipsa cauea submersit. filius ipsius imperatoris uix euasit. Albertus frisingensis episcopus obiit. Chvnigunt marchionissa stirensis obiit. M. c. lxxxv.

M. c. lxxxv. Andronicuſ tyrannuſ grecie occiditur. Luciuſ papa obiit verone pro quo vrbanuſ qui et Hvbertus. Antoniuſ qvi et yſaac ſubſtituitur andronico in grecia.

M. c. lxxxvi. Filiuſ imperatoriſ. rex Heinricuſ duxit filiam rogerii ſiculi quondam regiſ. et Mediolani magnifice nuptiaſ celebrauit.

M. c. lxxxvii. Saladinuſ rex ſarracenorum terram ierofolimitanam pene omnibuſ chriſtianiſ occiſiſ occupat. ſacra cruce abducta et rege captiuato lociſque ſanctiſſimiſ paganorum inhabitatione ſpurciſſima pollutiſ. Eclipſiſ ſolis facta eſt in meridie. & ſtelle viſe ſunt.

M. c. lxxxviii. Imperator fridericuſ et filiuſ eiuſ dux ſveuie et multi alii principum cruce in expeditionem contra paganoſ ſignantur.

M. c. lxxxviiii. Imperator fridericuſ cum multo exercitu per ungariam contra paganoſ tendit. ſed rex grecie in multiſ ei auerſatur. quem ipſe uſque conſtantinopoli fugauit. omni regno ſue ditioni ſubiecto. chriſtiani tranſmarini accoron a paganiſ expugnant. Otto babinbergenſiſ ſanctuſ declaratur. et apoſtolica conceſſione kalendiſ Octobriſ digne tranſfertur. Yſinricuſ abbaſ in expeditione moritur.

M. c. xc. Fridericuſ imperator ciuitatem iconiam obpugnauit et multoſ paganoſ in ea occidit. Luipolduſ dux auſtrie et frater eiuſ Heinricuſ ieruſalem proficiſcuntur. Fridericuſ romanorum imperator obiit. Fridericus aduocatuſ de perge apud antiochiam obiit.

M. c. xci. Fridericuſ dux ſweuie antiochiam uenit cum ceteriſ principibuſ et pene omneſ moriuntur. Otacher dux ſtire obiit et Wolfkeruſ primuſ cellenſiſ prepoſituſ in epiſcopatum patauienſem ſucceſſit et v. iduſ Iunii ſalzburge conſecratur. Fridericuſ frater heinrici imperatoriſ dux ſuueuie immatura morte obiit.

M. c. xcii. Rex gallie in ſua reuertitur. Otacher de ſtyra obiit. Heinricuſ rex filiuſ friderici magni imperatoriſ pro patre regnaturuſ eligitur. Diepolduſ patauienſiſ

fis episcopus apud akkaron obiit idibus novembris, cui Wolfkerus succedit vi. idus Marc.

M. c. xciii. Clemens papa obiit, Celestinus pro eo substituitur. Heinricus rex romam ingreditur et a celestino papa imperator consecratur xvii. kalend. Mai. Eclipsis solis facta est viiii. kal. Iulii hora quasi vii^ma^.

M. c. xciiii. Rychardus rex anglorum a livpoldo duce austrie capitur. et Heinrico imperatori presentatur.

M. c. xcv. Pie memorie Marquardus obiit et arnhalmus eligitur. Livpoldus dux austrie et stirie apud graece obiit ii. kal. Ianuarii cui fridericus filius eius in austria succedit et frater eius livpoldus stirie dux efficitur. terra ista pestilentia et incendio et inundatione aquarum miserabiliter humiliatur.

M. c. xcvi. Heinricus imperator apuliam romano imperio subiugauit. Bela rex ungarie obiit.

M. c. xcvii. Chunradus mogontinus episcopus uernali tempore cum multis de franconia et partium reni incolis ierusalem profectus est. Estiuali quoque tempore patauiensis episcopus et dux austrie ad ipsum iter accincti cum multis aliarum terrarum principibus. Werra inter regem ungarie. fratremque svum andream exoritur.

M. c. xcviii. Heinricus imperator in apulia obiit iii. kal. Sept. Philippus frater eius et dux alamannie intronizatur. fridericus dux austrie uita decedit et liupoldus dux stirie succedit.

M. c. xcviiii. Rudolfus abbas admuntensis obiit. Pro quo domnus Iohannes abbas biburgensis eligitur. Phylippus dux sueuorum apud mogontiam per hartwicum eistetensem episcopum. aliosque sue partis fautores. in regem unctus et coronatus est. qui etiam eodem anno magna expeditione sedem regni aquas adire uolens. sed sibi occurrente Ottone apud mosellam fluuium ultra progredi non potuit. Otaker dux poemie coronatus est.

M. cc. Celestinus papa obiit. cui successit Innocentius. Adelbertus archiepiscopus salzpurgensis obiit. cui

eberharduſ brixinenſiſ ſubrogatur. Chunraduſ mogontinuſ archiepiſcopus obiit. Liupolduſ auſtrie ſtyrieque potentiſſimuſ dux apud wien in pentecoſte gladio accinctuſ eſt.

M. cc. i. Terre motuſ magnuſ factuſ eſt iiii. non. Mai.

M. cc. ii. Chunraduſ herpibolenſiſ epiſcopuſ qui et cancellariuſ imperii in ſua ciuitate a ſuiſ miniſterialibuſ occiditur. Iohanneſ abbaſ admuntenſiſ obiit pro quo domnuſ Rv̊diger ibidem eligitur.

M. cc. iii. Livpolduſ dux auſtrie ſtyrieque domnam theodoram conſtantinopolitani imperatoriſ ex fratre neptem duxit coniugem. Heinricuſ ungarorum rex filium ſuum infantulum coronauit. xviiii. kal. ſept. arnhalmuſ pie memorie garſtenſiſ abbaſ obiit. Pro quo hademaruſ eligitur. Piligrimuſ patriarcha obiit. Pro quo Wolfkeruſ Patauienſiſ epiſcopuſ eligitur. Perhtolduſ dux obiit.

M. cc. iiii. Heinricuſ ungarorum rex obiit. pro quo andreaſ frater eiuſ de captiuitate ad regnum ſublimatur. Chunraduſ ratiſponenſiſ epiſcopuſ obiit. pro quo chunraduſ friſingenſiſ eccleſie prepoſituſ eligitur.

M. cc. v. Domnuſ Rudiger abbaſ admuntenſiſ obiit. pro quo Wolframuſ preficitur. Phylippuſ ad ſedem regni aquiſ collecto exercitu acceſſit. ei que colonienſiſ epiſcopuſ unctionem contulit regalem. pro quo facto idem archiepiſcopuſ ab innocentio papa anathematizatur, et a ciuibuſ ſuiſ ab epiſcopatu eiectuſ. et aliuſ in locum eiuſ apoſtolica auctoritate eligitur. Poppo epiſcopuſ patauienſiſ obiit. pro quo Manegolduſ in hanut (a) qui prius abbatiam tegernſe, et elatenſem (b) tenuerat.

M. cc. vi. Inundacio aquarum tam intolerabiliſ. vt homineſ cum oppidiſ ac domibuſ peſſumdaret.

M. cc. vii. Liupoldo auſtrie ſtirieque duci. natuſ eſt filiuſ. eiuſdem nominiſ. viii. kal. apriſ. Hugo et Leo cardina-

(a) Difficilimæ lectionis.

(b) Eiusdem difficultatis lectio.

dinales apostolice sedis legati. ad faciendam concordiam inter regem Philippum & ottonem diriguntur.

M. cc. viii. Leupoldus dux austrie et styrie cum suis signaculo dominice crucis fulcitur. Phylipus rex ab ottone palatino de witlihspach regno et vita spoliatur. Et tempore messis pars uulgi non minima aut niemietate. estus aut sitis ariditate uitali spiritu precluso miserabiliter extincta est.

M. cc. viiii. Otto comes pataule (a) filius ducis heinrici saxonie et bawarie a domino apostolico. Innocentio iii. in imperatorem rome consecratur.

M. cc. x. Pluuia maxima repente effusa est et inundatione facta die dominico circa meridiem multi homines perierunt iii. kal. Iunii. Item tempore messis v. idus augusti incipiente et per vii. dies continuo durante danubius aquarum habundantia supra duos cubitos intumescens continua edifficia plurima ingurgitauit et effusus per campestria que messa fuerant. auferens. vineta quoque et prata sabulo sternens in suo --- tu maximam cladem exercuit. reliqua passim per agros tam ea que messa fuerant quam que meti non poterant putruerunt.

M. cc. xi. Maxima nix qualem se nemo in partibus nostris uidisse testabatur effusa est per quam multi cum incaute graderentur incidente uiolentia frigoris et uenti emergere non possent extincti sunt.

M. cc. xii. Reignoldus abbas moritur. Hadmarus abbas Garstensis ii. idus novemb. successit. Otto imperator adhuc uiuus imperium calamitate mutauit principes regni ab eo recedentes et regem apulie fridericum. Eligentes.

M. cc. xiii. Gerdrudis regina ungarie filia ducis meranie occiditur.

M. cc. xiiii. Crux cunctis fidelibus per orbem predicatur.

D 2 M. cc. xv.

(n) Ita Codex.

M. cc. xv. Manegolduſ epiſcopuſ patauienſiſ obiit. ůdalricuſ ſcriba ducis auſtrie euerdinge eligitur in contradictione. Innocentiuſ iij. papa in eccleſia ſaluatoriſ que conſtantiniana uocatur. ſinodum cum cccc. et xiii epiſcopiſ celebrauit.

M. cc. xvi. Innocentiuſ iij. papa defunctuſ eſt. Honoriuſ iij. ſubſtitutuſ eſt. ůdalricuſ patauienſiſ epiſcopuſ ordinatur. Chůnraduſ prior medilicenſiſ in abbatem Garſtenſem preficitur.

M. cc. xvii. Luippolduſ dux auſtrie et ſtyrie ierofolimam cum multiſ chriſti fidelibuſ proficiſcitur. Hademaruſ medilicenſiſ abbaſ obiit. pro quo vlricuſ ſubſtituitur. qui etiam proficiſcenſ romam in itinere moritur. Huic ſucceſſit dominuſ Chunraduſ abbaſ Gerſtenſiſ.

M. cc. xviii. Chunraduſ Garſtenſiſ abbaſ in Medelicenſi monaſterio inſtallatur. Reinbertuſ ei in Garſten ſubſtituitur. Otto imperator aput prunſwich moritur. fridericuſ qui priuſ regnum obtinuerat ei ſucceſſit.

M. cc. xviiii. Garſtenſe cenobium igne conſumptum eſt. Chunraduſ medilicenſiſ abbaſ roma reuertitur confirmatuſ. Luppolduſ dux auſtrie et ſtirie a damiata reuertitur ciuitate que poſtea in breui a chriſtianiſ expugnatur.

M. cc. xx. Damiata per chriſti miraculum expugnatur. ůdalricuſ patauienſiſ epiſcopuſ et lůduwicuſ dux bawarie mare tranſeunt. fridericuſ rex apulie in imperatorem conſecratur.

M. cc. xxi. Aduocatuſ ratiſponenſiſ a damiata rediens a ſalzburgenſi archiepiſcopo eberhardo captiuatur.

M. cc. xxii. Rex babilonie exercitum chriſtianorum iuxta fluuium nilum obſedit et ad deditionem damiate coegit. et ipſam crucem rex reddidit chriſtianiſ. ůdalricuſ patauienſiſ epiſcopuſ obiit. Gebharduſ plagenſiſ ſuccedit.

M. cc. xxiii. Gebharduſ omni morum honeſtate preditus epiſcopuſ pataule canonice conſtituitur. Albertuſ dux

dux

dux ſaxonie filiam leupoldi duciſ auſtrie et ſtirie Agnetem duxit vxorem.

M. cc. xxiiii. Peſtilentia animalium ſeuit per uniuerſum orbem. Crux chriſti predicatur. Corpora ſanctorum viti Modeſti et creſcencie a domino reuelantur.

M. cc. xxv. Andreaſ rex ungarie et Luduuicuſ dux bawarie cum multiſ aliiſ coniurant aduerſuſ Levpoldum ducem auſtrie. Hoc anno uentuſ ualiduſ uenit qui arboreſ multaſ de terra evvlſit. et multaſ domoſ deiecit.

M. cc. xxvi. Iohanneſ ieroſolimitanorum rex filiam ſuam romanorum imperatori Friderico deſponſauit. cuiuſ filiuſ rex Hainricuſ filia boemi ſecundum ſtatuta repudiata. per diſpenſationem domni apoſtolici. Saniori principum potituſ conſilio. cum filia duciſ auſtrie legitime ſibi copulata. nuptiaſ in omni libertate celebrauit. poſt quaſ regio more celebrataſ inter Sueuie principeſ et liberoſ die tercia coram duce auſtrie qui uicem imperii tenebat. cum in una ſuper occiſo colonienſium antiſtite ſententia coadunari non poſſent. altercatio facta eſt. quam ob cauſam concurrenteſ in vnum plurimi obpreſſi ſunt. (*Alia manus.*) Heinricuſ rex filiuſ imperatoriſ friderici Margaretam filiam leupoldi duciſ auſtrie duxit vxorem.

M. cc. xxvii. Beate memorie Rembertuſ abbaſ Kotwicenſiſ moritur. Pro ipſo Pertholduſ incluſuſ Garſtenſi cenobio ſubſtituitur. Heinricuſ filiuſ leupoldi ducis agnetem filiam lantgrauij de duringia duxit vxorem.

M. cc. xxviii. Heinricuſ filiuſ imperatoriſ Friderici apud Ach in regem ſublimatur et vxor ſua margareta vna cvm ipſo dyadema regni adepta eſt.

M. cc. xxviiii. Honoriuſ terciuſ apoſtolice ſediſ antiſteſ et diuine uocacioni ob audienſ viam vniuerſe carnis ingreditur. cui Gregorius nonus ſucceſſit. Heinricus filius ducis leupoldi obijt.

M. cc. xxx. Leupolduſ dux auſtrie et Styrie et dominus carnyole ueruſ et fideliſ mediator inter papam et im-

imperatorem ſumme pacis opifex rome obiit. eius oſſa relata in auſtriam. in Monaſterio Linnveldenſi quod ipſe conſtruxerat repoſita ſunt. Fridericuſ filiuſ eiuſ. vir ultra modum ſtrenuuſ in armiſ. ſuccedit patri in omnibuſ. Quem primo anno principatuſ ſui. Otacher rex boemie fraudulenter inuadenſ. magnam partem auſtrie incendiiſ depopulauit. Cui idem fridericuſ ſequenti anno uicem reddidit. fugando ignominioſe ipſum regem. et caſtrum ipſiuſ nobile et quaſi inexpugnabile Vetav nomine expugnauit.

M. cc. xxxi.

M. cc. xxxii. Fridericuſ imperator iheroſolimam proficiſcitur et terra ſancta a Soldano honorifice recepta. feduſ amicicie ſecum innouauit. fridericuſ filiuſ leupoldi duciſ filiam ducis meranie duxit vxorem.

M. cc. xxxiii. Fridericuſ dux auſtrie et ſtirie conſecracioniſ enſiſ dignitate Wienne ſublimatur. Fridericuſ imperator cum multis principibuſ aput Rauennam curiam ſuam honorifice celebrauit. et coram omnibus in die ſancto Natiuitatis domini coronatus inceſſit.

M. cc. xxxiiii. Gebhardus patauienſis epiſcopus romam uocatus coram apoſtolico ſponte epiſcopatu ceſſit cui Rugerus chiemenſis eccleſie epiſcopus ſucceſſit.

M. cc. xxxv. Fridericus dux auſtrie ualida manu bohemiam ingreditur et capta munitiſſima vrbe nomine Vetav valido morbo preuentus ad propria reuertitur. Poſtea rex vngarorum auſtriam cum exercitu petit ſed nichil proficiens concordia cum duce facta rediit ad ſua.

M. cc. xxxvi. Marchio de Meiſſen ſororem ducis auſtrie duxit vxorem. Fridericus imperator in partes alamannie veniens. heinricum filium ſuum regem ſweuie exilio relegauit.

M. cc. xxxvii. FridericuſRomanorum imperator per Canaleſ et per Karinthiam armata manu auſtriam ingreſſuſ. Ciuitatem wiennenſem cum aliiſ oppidiſ munitiſ. et magna parte terrarum et miniſterialium ſibi adiunxit. ſed in-

infecto negocio discedens. ducem strenue rebellantem in terra reliquit. et ipse ad debellandos medyolanenses et alias ciuitates ytalie et Lombardie profectus est. quarum maximam partem in ore gladij percussos. suo potenter dominio subiugauit.

M.cc.xxxviii. Coniuracio execrabilis contra fridericum ducem austrie et stirie facta est. sicque a suis optimatibus desertus wiennensis ciuitas et alie municiones. tam castella quam ciuitates clauduntur eidem rapinis ac incendijs atque continuis bellis terram inquietare non desistentibus.

M.cc.xxxviiii. Paldwinus rex constantinopolitanus de superioribus partibus egressus per austriam et hungariam et ceteras terras ad possidendum regnum suum peruasit manu forti. Vlricus abbas Gerstensis moritur et Perhtoldus suus predecessor restituitur.

M.cc.xl. Lantgrauius duringie sororem friderici ducis austrie et stirie adhuc bellis in terra seuientibus duxit vxorem nuptijs in noua ciuitate sollempniter celebratis.

M.cc.xli. Eclypsis solis facta est Nonis Octob. hora quasi viiii. Ignota gens tartarorum regnum hungarie ceterasque terras christianorum Poloniam et inferiorem sclavoniam multa et miserabili cede persequitur. ita quod aliqua pars illorum insperate austriam ingressa, multos christianos in ripa danubii apud nivenburch gladio interfecit. sine lesione et dampno recedentibus eisdem. Item Multi principes christianorum et ceteri nomen ihesu christi profitentes ad uocem predicatorum contra tartaros cruce signantur. infantibus etiam et feminis ab ipsa condicione non exclusis. Licet ergo omnes concorditer cruce insignirent tamen quia ducem exercitus non habebant, domi remansere. tartaris proprie uoluntatis motu siue domino disponente retroversis. Gregorius papa nonus moritur. et Stephanus eidem substituitur.

qui

qui etiam viam vniuerse carnis ingressus eodem anno sedem diu vacantem dereliquit.

M. cc. xlii. Fridericus dux austrie miles potens. strenuus et ad arma perfectus. Belam regem hungarie collecto exercitu hinc et inde suis viribus inclinauit, et ipse rex per multam pecuniam pignore confirmatam, manus eius et indignationem declinauit. Postea vero idem dux immediate boemiam multis viribus ingressus, suis fideliter non astantibus, sed sine licentia recedentibus tristi facie retrocessit, eisdem discedentibus et aliis quam plurimis reuocatis. sed postea ipsi duo principes pace componuntur per promissa connubia. hinc inde iuramento confirmata, perfectum amicitie fedus percusserunt. Matrimonium vero non extitit consumatum quia dominus imperator prohibuit, ne puella scilicet fratruelis ipsius ducis filio regis daretur in vxorem, volens personaliter contrahere cum eadem.

M. cc. xliii. Innocentius iiii. papa eligitur. Ortolfus abbas Bertoldo post resignationem suam Gersten loco preficitur. Item fridericus dux austrie agnetem vxorem suam de Merania, presente Eberhardo archiepiscopo salzpurgensi et Rudgero episcopo patauiensi et ceteris multis prelatis, clericis et laicis, apud frisacum a se separauit, ea nichil tamquam sola in contrarium Respondente, sed ad sedem apostolicam appellante. Item eo anno dux iurauit ducere filiam ottonis ducis Bawarie in uxorem. utroque apud Welsam constituto. Item Magister hainricus sekovensis episcopus moritur; et Vlricus scriba ducis austrie sibi substituitur. Item sepulcrum domini a sarracenis occupatur. et domus tevtonicorum apud Achrim constituta per templarios omnino deuastatur.

M. cc. xliiii. Fridericus dux austrie castrum Obernberch per homines suos occupauit et predones illos de Waldek turpiter inde profligatos, de terra penitus exstirpauit. Item cum magno comitatv et honesto manens extra villas et ciuitates, castra figens in campis Bawariam

riam ingreditur, ſponſam ſuam viſitat, muneribuſ ibi non paruiſ ſponſe. duci et duciſſe relictiſ. Caſtrum in Eberſperch a duce auſtrie deſtruitur. et multa alia pericula per eundem ducem imminent eccleſie patauienſi pro eo quod epiſcopuſ de fauore predonibuſ de Waldek exhibito ſuſpectus habebatur.

M.cc.xlv. Fridericuſ dux auſtrie, princepſ auro plenuſ et argento jn feſto ſancti Georgii centum & xliiii^{or} iuueneſ de terra ſua nobileſ apud Wiennam honorifice donauit gladio militari. Item Hartniduſ de Ort propter ſuam malitiam quam circa ſalzpurgenſem archiepiſcopum et alioſ quam plurimoſ exercuerat in uinculiſ duciſ auſtrie detentuſ moritur. Item Fridericuſ dux auſtrie in ſignum recipiendi regni per heinricum epiſcopum babenbergenſem aput Wiennam, quam plurimiſ nobilibuſ preſentibuſ, annulum regalem accepit, ab imperatore tranſmiſſum. et eo anno circa pentecoſten, apud Veronam cum Multo comitatv, dominum imperatorem viſitavit, ſperanſ ſe ſicut idem promiſerat regali dignitate decorari ſed infecto negocio. immo potiuſ ad futura ſuſpenſuſ ad terram ſuam revertitur. ducem bawarie Ottonem, hoſtiliter aggreſſuruſ. Qui dux bawarie cum dux auſtrie fuiſſet in procincto itineris ad imperatorem, Caſtrum Obernberch ob invidiam ipſiuſ duciſ auſtrie qui ab eo filiam ſuam ducere uolenſ declinauerat, cvm exercitu ſuo ſeuiter obſedit. ſed adventum & reditum duciſ intelligenſ cum exercitu confuſe receſſit.

M.cc.xlvi. Fridericuſ (*ſubciſa eſt reliqua linea*) Otto conſpirauerant, quoſdam inimicoſ ſuoſ de boemia. terram auſtrie ingredi volenteſ, aſtute cum pauciſ aggreſſuſ, apud caſtrum Stevze taliter occupauit. quod filium duciſ Karinthie qui cum ipſiſ fuerat et xiii. capitaneoſ nobileſ, et potenteſ. cum ccc. militibuſ et aliiſ quaſi mille pugnatoribuſ preter eoſ qui fugerant occulte, vt latuerant, ſecum captiuoſ. in terram ſuam honorifice deuexit,

xit, sub militari gladio, quem ibi fortiter duxerat aliqua parte manus sue sed modicum vulneratur.

Item eodem anno In festo sancti Viti. Rex hungarie Bela, cum aliis regibus et principibus fridericum ducem austrie, militem strenuum et potentem, per campestre bellum aggreditur. vtrobique magna uirtute pugnatorum congregata. circa fluviolum leitha, militiam componendo. Sed heu miserabile dictu fridericus gloriosus princeps Austrie et Styrie animo militari quo semper fruebatur, impulsvs, precursorem regum, cum aliis taliter aggreditur. quod in congressione hostium, nescitur fraude vel malitia comite, corporalem Militiam deponit. utinam eternam gloriam assecutus. Exercitus autem ipsius ducis necem domini sui non intelligens, contrarium exercitum innumerabilem viriliter. insequitur. ipsum in fugam conuertens. et ex parte ducis aliquibus sed paucis occisis. ex alia vero parte, non solum plurimis captiuitate suppositis. sed etiam plurimis et infinitis maioribus et minoribus Teutonicum gladium corporali morte perpessis. Austria et Stiria quasi terra vna sedet in pulvere tristis et gemebunda. suis principibus & heredibus desolata. Item Theodora mater eiusdem ducis friderici infirmitate corporis, et dolore cordis, quo pro suo filio uexabatur, penitus aggrauata moritur. in hiis septem diebus in quibus ipse dux carnis debita reddidit in conflictu. Item filius regis boemie matrimonium contraxit. cum Gerdrude, formosa ducis heinrici filia. qui frater extitit ducis friderici. Sed et ille moritur. viduata coniuge quam accepit. Item Eberhardus Salzpurgensis archiepiscopus uir magne literature postquam sedem suam xlvi. annis gloriosissime rexit. obiit. domino qui dedit. spiritum redditurus. Item discordia inter ministeriales circa Anesum et trunam id est superius Ibsam constitutos, grauiter est exorta. partibus factis inter eos. Item vidua Heinrici regis alemannie. austriam ingreditur. hereditarium ius postulando. Item Lantgrauius turingie

ringie

ringie a domino papa Innocentio iiii. in regem alemannie contra imperatorem ordinatur.

M.cc.xlvii. Phylippus filius Ducis Karinthie in archiepiscopum eligitur salzpurgensem. Item discordia inter papam et imperatorem ingrauescit. et ecclesia se diuisit scismate invalescente inter partes. Item Lantgrauius moritur. Item Nikolaus prepositus Sekowensis obiit cui Rudolfus successit. Item Albero de Chunringe filius Hademari ministerialis austrie, videns multitudinem nauium, vino et annona copiosius onustarum positam apud Chrems austrie ciuitatem. misertus illorum inopie ad quos ipse naues iure debito pertinebant. in danubio ducatum prebuit eisdem. ante castra et munitiones quaslibet rapere ac impedire volentium si valebant. Qui Albero cum sua multitudine quam ducebat ita militarem gladium honorauit. quod et quosdam rebelles in nouo et ligneo perchfrido ad nocendum fabricato. captiuauit et occidit in ore gladii, domino disponente. ac ipsi ministeriales auctores huius mali. cum dampno et confusione pessima discesserunt. dicto alberone cum suis honestissime procedente. quacumque diuertere disponebantur. Item Otto comes de Eberstein missus ab imperatore. ut esset capitaneus avstrie et Styrie. nil profecit. sed astutiis malignorum aduersari nesciens ad dominum suum reuertitur. qui misit illum. Item Wilhelmus marchgrauius Holandie. a domino Innocentio iiii. rex alemannie ordinatur. chunrado rege fortiter rebellante. Item nobilis ecclesia. sancti ypoliti ab illis de Vihdorf ita in puluerem seruitutis deiicitur nemine defendente. quod postea merito plorari poterat. Quomodo sedet sola ciuitas &c.

M.cc.xlviii. Ministeriales et omnes maiores avstrie et Styrie ab imperatore vsque veronam inuitantur. sed quidam a phylippo salzpurgensium archiepiscopo spoliantur. captiuantur. in itinere constituti. quidam autem procedentes. nec imperatoris faciem peruiderunt nec

 ali-

aliquem dominum receperunt. ſed apud veronam nunciosſ ſolumodo et capitaneoſ acceperunt illi de avſtria ducem bawarie Ottonem. et illi de Styra. Meinhardum Comitem Goricie. Item Ortolfuſ abbaſ Gerſtenſiſ imperatorem apud Chremonam pro ſuiſ et eccleſie negociiſ viſitat honorifice recipitur et pro ſua voluntate honorabiliuſ dimiſſuſ. Item Hermannuſ Marchio quidam de Paden auxilio duciſ bawarie duxit in vxorem Gerdrudem viduam filii regiſ boemorum multum intendenſ per conſequentia principari. et dominuſ eſſe avſtrie et Styrie nomen duciſ terrarum ſibi facienſ publice proclamari. ſed qualia obſtacula habuerit vndecumque, ipſum experientia docuit ſatiſ bene. Item eodem anno nobileſ terre inter ſe ceperunt plurimum diſcordare et nullus fuit penituſ inter eoſ qui conſiderata ſue nobilitatiſ materia pacem faceret uel ſeruaret. Item Henricuſ abbaſ de Chremſmunſter obiit. ſed Otto ſibi ſuccedit. Item Waltheruſ abbaſ Medlicenſiſ moritur. et Ditericuſ abbaſ Sitanſtetenſiſ illi ſucceſſit quo etiam mortuo. Otto eligitur in paſtorem. Item Henricuſ abbaſ Sytenſtetenſiſ ordinatur.

M. cc. xlviiii. Cum dux bawarie officium ſibi ab imperatore iniunctum apud auſtriam non ageret. a ſuiſ forte negociiſ impedituſ. terra turbatur. paupereſ clamant. eccleſie ſpoliantur. incendia committuntur. et non erat anguluſ qui non gemeret a preſſura que ſuperuenerat vniuerſo orbi. Item Piligrimuſ Glunicenſiſ abbas moritur. et Rudolfus ſuccedit.

Otto Dux Bawarie eodem anno quaſi magnum quid faceret. cum paucis ad aneſum venienſ. quoſdam miniſterialeſ ad ſui fauorem traxit. ſed eo recedente cum viderent muliebrem eſſe ipſiuſ animum ab eo protinuſ declinarunt.

M. cc. l. Ludwicuſ filiuſ duciſ bawarie Ivuenis. cum aliquanto exercitu contra miniſterialeſ auſtrie venienſ et primam faciem caſtrorum et vrbium inſultando. ſed

cum

cum (*media linea deleta*) hinc inde. ad compositionem amicabilem se conuertit. et ita quosdam ad sui dominivm respectu domini friderici imperatoris sed tunc excommunicati et regnis priuati. per promissam pecuniam inclinauit et sic mentitus honorem adquisiuisse. rediit ad sua cum suis turpibus consiliariis quos adduxerat accedendo. Idem ipsi bawarii (*aliquot verba deleta*) supra modum ad ecclesiam gerstensem (*rursus pauca verba deleta*) rapaciter accedentes cum ex improuiso sine premunitione monasterium inuenirent ita suam nequitiam in ipsa etiam ecclesia et extra veraciter probauerunt. quod bene confido de domino quod sine vltione non fecerint tanta mala. Nullos enim ledere poterat nisi claustra et alias ecclesias et pauperes sine armis. Eodem anno frater henericus de ordine predicatorum episcopus Swadunensis celebrauit ordines in ecclesia apud Gersten in vigilia pasche. Item hermannus marchgrauius de Paden qui nomen ducis austrie sibi usurpauerat est defunctus. Item Rex Wilhalmus a domino papa institutus bellis succubuit chunrado rege rebellante et tunc quasi fugatus ad terram suam dicitur esse reuersus. sed episcopi fortiter resistebant. Item Rvgerus patauiensis episcopus a domino (*parva lacuna*) deponitur. et Bertholdus sibi substituitur.

M.cc.li. Fridericus quondam imperator sed excommunicatus et depositus persecutor ecclesie in scismate magno. sed sub penitentia cordis et confessione oris et recognoscentia sue culpe. militiam temporalem deposuit. claudens diem vite. Item eodem anno quidam ministerialis episcopi Ratisponensis dictus de hohenvelse ob graciam ecclesie regem chunradum in camera sua in qua dormiuit apud monasterium sancti Emmerammi nocte adgrediens et ianuas infringens ipsum occidere disponebat. sed cum essent plures in camera et illi capti et occisi fuissent. illo credente regem occisum inter alios deceptus abiit. rege sub quodam pancho mirabiliter euadente. Item Chunradus rex sveuie lombardiam ingreditur

ditur et apuliam vice patris sui friderici imperatoris regio titulo suscepit. ciuitates quedam sicut Neapolis et alie quedam resistentes — sed (*parva lacuna*) comprobauit qualis delicatus exitus contra iustitiam potentium (*desunt aliquot verba.*) Item fridericus iuuenis filius regis henrici in apulia moritur vt a quibusdam (*desunt pauca.*)

M. cc. lii. Bela rex hungarie consilium et auxilium tvlit. ut rex ruscie qui apud ipsum tunc degebat, forsitan a suis eiectus, Gerdrudem viduam ducis hermanni duceret in uxorem vt ex hoc ipse rex ducatus austrie et Styrie sibi posset iustius vendicare sed quia iudicia dei abissus multa et homo cogitat deus autem ordinat, ipsum matrimonium est conuersum breuiter in derisum. Nam idem rex Ruscie statim auxilio regis hungarie destitutus redit ad sua vxore sua tamquam uidua derelicta presertim cum Premizlaus dictus Otakarus filius regis boemie terram austrie occupasset et per consilium et auxilium alberonis de Chunringe, in inferioribus et superioribus eiusdem terre partibus iam regnaret. Ita enim sapienter et blande muneribus et promissis nobiles inclinauit, quod civitates et castra sine armorum strepitu dediderunt se illi. vt non esset angulus qui eius dominium aliqualiter recusaret. Otto dux bawarie moritur.

M. cc. liii. Otakarus marchio Morauie iam venatus gratiam ducis austrie Margaretam viduam regis heinrici filiam ducis leupoldi ducit uxorem nuptiis apud heimburch sollempniter celebratis. Presentibus iiii. episcopis chunrado frisingensi Perhtoldo pataueinsi - - - - Ratisponensi et Brunone Olmucensi nec non omnibus nobilibus austrie et Stirie coram quibus ipsa vidua priuilegia terre marito suo exhibuit et ius suum sibi tribuit. sollempniter. nullo penitus in contrarium allegante. Item dominus papa Innocentius iiii. cum predicta domina dispensauit. ut quia religionis habitum prius viduata sumpserat propter bonum pacis et terrarum commoditatem non obstante matrimonio libere vteretur. Item Wilhalmus

halmus electus in regem occisus est procurante quadam nobili comitissa que ipsi quoad imperium obtinendum fortiter resistebat.

M. cc. liiii. Perhtoldus patauiensis episcopus obiit. Otto de lonstorf canonicus patauiensis et archidiaconus sibi succedit. Innocentius papa iiii. moritur et alexander iiii. succedit. Rex hungarie Bela Morauiam et austriam bellis aggressus. omnes vires suas in pessima prouocauit. nam totam virtutem malicie sue ibi exercuit minus bene. pro eo sibi hoc - - - - - restitit. quia filius regis boemie in illis esset partibus regnaturus. Pater uero nullum auxilium filio tunc porrexit sed propter quandam peractam inimicitiam inter se prius habitam, eas iniurias dissimvlatione supersedit. Item Vatizlaus rex boemie pater premizlay moritur et filius eius predictus sibi in regno ut iustum erat succedit. Item Rex hvngarie Bela cum Premizlao dicto Otakaro treugas componit et consilio factum est ut austria ipsi Otakaro, Marchia vero que Stiria dicitur sicut est montibus clausa ipsi regi hungarie permaneret. Sed Gerdrudis relicta regis brutenorum quedam emolumenta in ipsa Marchia tantum in parte singulari recepit.

M. cc. lv. Heinricus filius ducis bawarie ad regem hungarie cuius filiam etiam habuit in vxorem proficiscitur vt ab eo marchiam Styrie precibus obtineret. sed ipse adtendens prouerbium quod dicit Qui sibi nequam cui bonus eum inexauditum abire permisit. et spe auxilii destituit quod sibi fieri contra dominum boemie ducem austrie postulauit. Item tanta pax in partibus austrie et Stirie inter utrosque principes inualescit ita quod uerbum prophete ibi est quodammodo adimpletum. acuent gladios suos in uomeres et lanceas suas in falces.

M. cc. lvi. Ortolfus de Volchenstorf ministerialis avstrie Witegonem virum versabilem scribam ducis in refectorio fratrum domus Sancti floriani prius cultello postea gladio addito interfecit gratis et indebite suo malo.

nam

nam ipſe Ortolfuſ et Otto de Rore nepoſ ipſiuſ et Ditericus frater ſine ſpe (*illegibile*) redeundi profligati terram exeunt caſtriſ ſuiſ omnibuſ ad humum proſtratiſ ac boniſ eorum omnibuſ confiſcatiſ.

Item Philippuſ electuſ ſalzpurgenſiſ poſt magna tyrocinia et ſue eccleſie intolerabilia que apud Muldorf ſollempniter celebrauit a ſuiſ miniſterialibuſ et canoniciſ taliter eſt invaſuſ quod multi de ipſo quoad ſtatum preſulis dubitarunt neſcio quo eventu adhuc finaliter ſuccedente. Item Otakaruſ dominus boemie pro diuortio inter ſe vxorem ſuam Margaretam cum ſobolem habere non poſſent apud ſedem romanam ſtudioſiuſ laborabat.

M. cc. lvii. Hoc anno tanta fuit aeris inclementia ut terra ſiccitate depreſſa ut agri ſegetes nec vuas vineta nec arbores fructus redderent ſuis cultoribus in tantum ut diuites cum pauperibus famis inediam anguſtiati ſuſtinerent.

M. cc. lviii.

II.

IN CHRONICON CLAUSTRONEOBURGENSE

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I.

Iam supra ad chronicon Garstense a me observatum est, historiarum Germaniæ aut singularium eiusdem provinciarum Compilatores, quos maximam partem familiarum religiosarum alumnos fuisse constat, in Hermanni Contracti chronicon, tamquam in propositum speculum, oculos intendisse, ad cuius imitationem rerum gestarum, quas adnotassent, seriem posterorum memoriæ commendarent. Progredientibus sæculis, et numero eiusmodi chronicorum aucto, fuerunt, qui Hermanni lucubrationibus, quasi fundamenti loco positis, celebriores plures compilationes, quæ pro illius ætatis consuetudine manu descriptæ ad eos perlatæ, & claustrorum bibliothecis insertæ fuerant, in unum veluti corpus congererent, non raro res suo ævo evenientes & propria industria digestas adiungerent, eaque ratione historiam ad sua tempora protenderent. Ex horum numero fuisse illum, quem hoc loco exhibeo, chronographum, aut, quod verisimilius est, Chronographos, extra dubium est. Codex, in quo hæ compilationes coniunctæ diligentissime et perelegantibus characteribus membranæ in folio, ut vocant, inscriptæ leguntur, in bibliotheca Palatina inter profanos historicos, numero LXXII. servatur, et quod cum confidentia dicere ausim, ad sæculum XIIII. referendus videtur. Is, ab Hermanno Contracto initium sumens, eundemque a Christo nato usque ad annum 953. producens, nulla licet novi chronici mentione facta, in eadem coepta linea Garstenses annales orditur, & nunc compluribus pro lubitu omissis, nunc aliis

additis, eosdem usque ad annum 1114. prosequitur: quo nempe tempore Leopoldus Austriæ Marchio, cognomine Pius, Niwenburgi, quod posterioribus annis Claustroneoburgum dici consuevit, Canonicos primum sæculares instituere cœpit, quibus deinde anno 1133. regulares subrogati fuerunt. Tum vero ii, qui subsequuntur, annales Compilatores nostros auctores habent, quorum studio Austriaca historia usque ad annum 1308. aut si mavis 1310. exponitur. Ab hoc anno codex, novum folium auspicatus, ad annum 1285. redit, eaque omnino, paucis solum verbis nonnumquam mutatis, adfert, quæ in Chronico Salisburgensi apud Hieronymum Pezium S. R. A. T. I. ab indicato anno 1285. usque ad annum 1322. a columna 386. — 409. leguntur: post quæ, aliis, ad rem nostram non pertinentibus, interiectis, filum ab anno 1324. resumit, illudque usque ad annum 1347. pertexit, ac his demum, tribus vacuis foliis interpositis, manu sæculi XV. si recte iudico, ineuntis, historiam belli Schaumburgici, anno 1383. ab Alberto Austriæ Duce suscepti adiungit.

II. Plures huius chronici Compilatores fuisse, clarissimus Ioannes Benedictus Gentilotus in eruditissimis suis commentariis in codices MSS. Bibliothecæ Cæsareæ opinatur, ad quam sententiam libenter me induci patior. Inter hos Compilatores idem Gentilotus Wichardum a Polheim, Archiepiscopum deinde Salisburgensem, tum Claustroneoburgenses quosdam Canonicos, nec non aliquos ex Scotis Viennæ Benedictinis & Cistercienfibus ad sanctam Crucem Monachis, expressis verbis designat. Ac quidem de Wichardo dubium nullum habeo, si quidem de insigni illa parte, quam ex chronico Salisburgensi transcriptam fuisse supra dixi, sermo sit, cuius hoc fragmentum, a reliquo corpore veluti avulsum præsenti Codici insertum est, & ad annum 1285. redit. Ut autem Scotis Viennensibus aut Cisterciensibus ad sanctam Crucem Cœnobitis aliquam huius chronici partem tribuam, adsensum meum coniungere non ausim; nam aliqua, sed perrara tamen & omnino exigua horum religiosorum domiciliorum mentio in his annalibus occurrit; id quod stabilitam opinionem parum firmam reddit. Ex opposito vero argumento, etsi hi Chronographi nec nomina sua, nec susceptum vitæ institutum aperte profiteantur, eos religiosæ Canonicorum Regularium, qui Claustroneoburgi adhuc hodie florent, familiæ adscriptos fuisse, verosimilimum teneo. Nam a primis statim annis, quibus in hoc loco collocati fuerant, Præpositorum seriem curate prosequuntur, quod ex annis 1167. 1168. 1186. 1192. 1193. 1195. & pluribus sequen-

quentibus manifestum fit: nec minorem diligentiam in iis enarrandis adhibent, quæ Claustroneoburgi memoria digna evenerunt. Itaque hoc chronicon, cui nullum quidem nomen in codice præfixum legitur, a clarissimo Gentiloto Claustroneoburgense iure appellatur, sub quo titulo illud iam olim historiæ meæ Austriacæ T. III. pag. 57. 58. citavi, & ex eo excerpta dedi.

III. Laudatissimus Hieronymus Pezius S.R.A.T.I. a col. 433. ---- 492. chronicon Claustroneoburgense edidit, ex codice quodam membranaceo optimæ notæ & pereleganter exarato depromtum. Hunc vero codicem Palatinum ex sciagraphia magni corporis historici clarissimi Danielis Nesselii sibi cognitum, numquam tamen a se visum fuisse ingenue fatetur; atque ob id non satis sibi compertum esse adserit, utrum ambo chronica eadem, an diversa sint. Itaque ambobus maximo studio inter se collatis, omnique re diligenter expensa, deprehendi, illa quidem in admodum multis exacte inter se convenire, in pluribus autem ita inter se discrepare, ut pro eodem haberi minime possint; quod omnes a partium studio alienos mecum iudicaturos confido. Unde piaculum me commissurum existimavi, si, dum insignem hunc codicem ad manus, eiusque in publicum proferendi copiam habeo, historiæ Austriacæ studiosos tam præclaro cimelio privarem. Si enim doctissimus Pezius præter chronicon vetus Mellicense etiam Claustroneoburgense separatim typis describendum censuit, quamvis l. cit. col. 436. palam confiteatur, Claustroneoburgensem Chronographum Mellicensem codicem præ oculis habuisse, immo sæpe totidem verbis exscripsisse (cuius generis litteraria plagia a mediæ ætatis Historicis frequenter commissa fuisse notissimum est); non dispicio, cur crambis recoctæ reus haberi debeam, dum codicem Cæsareum, a Peziano in plerisque penitus diversum, in eruditorum manus trado. Ceterum an Peziani an Cæsarei codicis Compilatores ætate anteriores fuerint, exacte definiri non posse videtur. Etsi enim Pezius suum XII. sæculo vergente scriptum fuisse affirmet, nos vero nostrum sæculo demum XIIII. tribuendum esse censeamus, illud memoria tenendum est, hunc Palatinum codicem non solos Claustroneoburgenses annales complecti, sed esse opus ex pluribus chronicis, nominatim Hermanni Contracti, Garstensi, Claustroneoburgensi ac S. Floriani sub annum 1308. in unum veluti corpus redactum, cuius primum authographum, quibus annis elucubratum fuerit, nemo facile diiudicaverit. Neque illud prætermittendum est, eruditissimum Marcum Hansizium primo Germaniæ Sacræ tomo hoc Cæsareo Codice, sibi a celeberrimo Gentiloto suppeditato, di-

 ligen-

ligentissime usum fuisse, eiusque ope Episcoporum Pataviensium gesta, magnis tenebris tum adhuc involuta, uberrime illustrasse: quod ipse l. c. in instrumentorum MSS. catalogo, operi præmisso, num. 10. indicat, ubi Chronicon bibliothecæ Augustæ codice Bibliothecæ Archiepiscopalis Viennensis, ex quo Pezius suum in lucem extraxit, locupletius esse pronunciat.

IV. Negari quidem nullo modo potest, in hoc chronico non modo latinæ elegantiam desiderari, quod vitium illi cum aliis pene omnibus mediæ ætatis scriptoribus commune est, sed etiam illud frequentibus soloecismis & adversus Grammaticæ regulas peccatis obsitum esse. Nec satis patet, an hæc culpa ipsis compilatoribus, an non sæpius linguæ latinæ penitus expertibus librariis tribuenda sit. Quidquid eius rei sit, nos in præsenti opere, cura verborum seposita, rerum gestarum seriem potissimum consectamur. In his exponendis Compilatores nostri primorum annorum historiam breviter strictimque tractant, & permulta illa ætate acta silentio prætereunt, id quod forte sapienti consilio ab iisdem factum est, seu quod multa critici illius in Austria temporis arcana ignorarent, seu quod viri, religioso instituto dediti, in politica eaque turbulenta negocia, tamquam in alienam messem, manum immittere ac de iis pronunciare vererentur. Deinde vero illi, qui posteriores chronici annos describunt, ampliores & uberiores redduntur. De quibus Chronographorum nostrorum de Austriaca historia meritis æquus lector tum, cum præsens chronicon evolverit, facile ex eo iudicabit, postquam multa, nec levis momenti anecdota, magno iudicio & delecta & expressa, in eodem repererit, quæ in aliis chronicis frustra quæsiverit.

V. Neminem fore arbitror, qui queratur, pauca illa, quæ ex Garstensi chronico huc quoque translata sunt, a me fuisse repetita, cum ex iis, quæ nunc omissa, nunc addita sunt, hæc ipsa pauca non modicum mutata fuisse appareat. At vero ex opposita ratione tum ea, quæ ex Hermanno Contracto, quam quæ ex chronico Salisburgensi, ac demum ex Florianensi, infra edendo, codex Palatinus continet, sollicite resecui, ne auctores, iam alios typis vulgatos, inutili opera rursum obtruderem.

Chro-

II.

CHRONICON CLAUSTRONEOBURGENSE.

dcccc. liij. Beringerus apud augustam ottoni ad benedictionem venit. Ignitus lapis quasi massa candentis ferri ab occidente uenit uolitans et draco uisus est. et otto cum filio intrat. ac regales nuptie papie facte sunt.

dcccc. liiij. Luttolfus dux. ottoni patri suo rebellat. adalbertus comes occiditur. Vngari norica franciam italiamque petunt.

dcccc. lv. Vngari totam bawaricam depopulantes iuxta augustam urbem deo iuuante ab ottone rege. magna cede necantur. iiij.° Idus augusti Heinricus dux obiit.

dcccc. lvj. Luttolfus dux hostiliter italiam inuasit.

dcccc. lvij. Luttolfus dux adalbertum bello vicit. et ipse eodem anno obijt. pro quo burchardus. Alawicus abbas obijt. pro quo ekkihar. Cruces in vestibus apparuerunt.

dcccc. lxj. Signum in sole apparuit. Otto rex romam veniens imperator efficitur.

dcccc. lxij. Otto rex. ab ottauiano. Iohanne papa. ordinatur.

dcccc. lxiij. Otto rex natale domini papie moratur.

dcccc. lxiiij. Item Otto rex natale domini romatur.

dcccc. lxv. Otto imperator italiam redijt et Burchardus dux in italia rebelles cesari uicit.

dcccc. lxvij. Eclypſis ſolis facta eſt. xj. Kalendas decembris.

dcccc. lxx. Signum quoddam ignei coloris apparuit ſol.

dcccc. lxxij. Synodus apud Ingelenheim propter alberonem ſancti Vdalrici nepotem colligitur.

dcccc. lxxiij. Sanctus Vdalricus auguſtenſis epiſcopus anno etatis lxxxiij. Epiſcopatus uero liiij. Nonis Iulij. feria ſexta migrauit ad dominum.

dcccc. lxxiiij. Otto ſecundus ottonis magni filius regnat annis. x.

dcccc. lxxvj. Diſſenſio inter ottonem imperatorem et heinricum ducem bawarie oritur.

dcccc. lxxviij. Otto imperator contra lotharium regem gallias inuadit. heinricus et equuiuocus eius duces et heinricus auguſte epiſcopus capti ſunt in exilium miſſi.

dcccc. lxxxj. Otto imperator neapolim uenit.

dcccc. lxxxij. Otto imperator apud calabriam occiſo exercitu ſuo a grecis et ſarracenis de naui exiliens aufugit. et otto dux obijt.

dcccc. lxxxiij. Otto imperator rome. vj. Idus decembris obiit, et ibi ſepelitur.

dcccc. lxxxiiij. Otto tercius ottonis ſecundi filius admodum puer annorum. xviij.

dcccc. lxxxvij. Fames magna facta eſt.

dcccc. lxxxxj. Theophania greca imperatrix mater ottonis regis anno uiduitatis. ix. obijt.

dcccc. xciiij. Cunrado rege burgundie mortuo. Rudolfus filius eius ignauus ſucceſſit.

dcccc. lxxxxvij. Heinricus dux bawarie filius heinrici obijt. Cunradus dux obiit. pro quo hermannus.

M. j. Otto imperator in italia. x. Kalendas februarij obijt. et inteſtina eius auguſte et reliquum corpus aquis grani ſepelitur.

M. ij. Heinricus dux bawarie rex effectus regnat annos. xxij.

M. iij.

M. iij. Heinricus rex. heinricum marchionem et alios ſibi reſiſtentes cum exercitu pecijt.

M. iiij. Heinricûs rex italiam bohemiam et bolizlaum ducem ſclauorum cum tota gente ſua ſubiugauit. Hermannus dux obijt. pro quo filius eius puer hermannus.

M. v. Fames magna facta eſt.

M. vij. Epiſcopatum babenbergenſe ab heinrico rege conſtituitur. et Eberhardus ibi epiſcopus ordinatur.

M. viij. Luitolfus treuerenſis archiepiſcopns. obijt. et epiſcopatum eius adelberto frater regine ſibi uſurpare quibuſdam contra regem fauentibus molitur. ſed a rege conuicti megingaudo epiſcopatum reliquerunt.

M. viiij. Wolfradus comes. iiij. Nonas marcij. obijt.

M. xj. Willigiſus maguncienſis archiepiſcopus.obijt. pro quo Erchinbaldus. Theodericus dux a lotharijs captus eſt.

M. xij. Beatus Cholomannus martyrizatus eſt. et ſuſpenſus apud ſtocherowe. Hermannus dux iunior obijt. Cunradus dux obijt.

M. xiij. Beatus cholomannus ſepultus eſt in eodem loco.

M. xiiij. Beatus cholomannus a megingaudo hebeſtatenſi epiſcopo in medelicha ſepultus eſt. Heinricus rex rome imperiali benedictione coronatur. a Bonifacio papa.

M. xv. Erneſtus dux in uenatu ab albertine comete ſagitte occiditur. (a)

M. xvij. Gotfridus dux Gerhardum uicit.

M. xix. Cûnradus puer auxiliante patruele ſuo. Cûnradus poſtea imperator. alberonem ducem pugna uincens fugauit.

M. xx. Benedictus papa babenberch ueniens eccleſiam

ſiam

(a) Ita codex.

ſiam ſancti Stephani dedicauit. Werinharius argentine urbis epiſcopus cum alamannis contra burgundiones pugnauit et uicit.

M. xxj. Terre motus factus eſt magnus. iiij. Idus may. feria vj^{ta}.

M. xxij. Heinricus nouam troiam cepit. et magna in exercitu mortalitas facta eſt. Horthgerus (*Notgerus*) magiſter obijt.

M. xxiiij. Heinricus imperator. iij. Idus Iulij obijt. et in babenbergenſi epiſcopato a ſe facto in monaſterio ſancti petri ſepelitur.

M. xxv. Cůnradus imperator pene annos. xv. regnat. Magna diſſenſio in regno contra cůnradum efficitur.

M. xxvj. Cůnradus rex filium ſuum heinricum regem fecit. et ipſe romam ueniens imperator efficitur. Bruno auguſtenſis epiſcopus. et Welſo comes predas et incendia inter ſe faciunt.

M. xxviij. Ernuſt dux et Welf comes cůnrado imperatori ad dedicionem ueniunt.

M. xxviiij. Cůnradus imperator perrexit in poloniam.

M. xxx. Cůnradus imperator Stephanum pannonie regem cum exercitu petit. Interea Ernuſt dux. et Werenhardus comes in alamannia occiduntur. xvj. kalendas Septembris.

M. xxxj. Stephanus rex pannonie miſſis legatis cum imperatore cůnrado pacificatus eſt.

M. xxxij. Rudolfus rex burgundie moriens dyadema ſuum. Cunrado imperatori commiſit.

M. xxxiij. Cůnradus hyeme burgundiam petit Eclypſiſ ſolis facta eſt. iij. kalendas Iulij hora quaſi. vj^{ta}. Cunradus occidentalem franciam contra Ottônem petit.

M. xxxv. Cunradus item burgundiam uaſtat. Pagani ſaxonie confinia petunt. Pagani qui liutici dicuntur. virbinam caſtellum in confinio ſaxonie multis chriſtianis occiſis et captis obtinent. quos cůnradus imperator cum exercitu petit.

M. xxxvj.

M.xxxvj. Italia ciuium diſcordia laborat. Nupcie heinrici regis. Pagani ſupradicti Cunrado imperatori uectigales facti ſunt.

M.xxxvij. Cunradus imperator italiam cum exercitu petit. et mediolanenſem archiepiſcopum in cuſtodiam miſit. qui fuga lapſus et alijs quam pluribus eidem imperatori rebellat.

M.xxxviij. Elyſdrud que et Chunegunt regina uxor heinrici regis. xv. kalendas auguſti. et hermannus dux. v. kalendas auguſti in italia cum multis alijs. Obierunt. Stephanus rex vngarorum bone memorie obijt. pro quo petrus regnauit.

M.xxxix. Cunradus imperator. ij. Nonas Iunij obijt. et in ciuitate ſpirenſi ſepelitur. Cunradus et adelbero duces obierunt. Eclypſis ſolis. xj. kalendas Septembris facta eſt.

M.xl. Heinricus filius chunradi regnat annos xviij. Heinricus rex bohemie petit bello. ſed multis proceribus et militibus in preſtruccione ſilue citra et ultra occiſis uel captis. nichil dignum efficere potuit.

M.xlj. Vngari quemdam ouonem regem ſibi. elegentes. Petrum regem ſuum expellunt. Heinricus rex vngariam cum exercitu ingreſſus igne predaque omnia uaſtat.

M.xlij. Adelbertus marchio auſtrie. et filius eius Leupoldus maximam partem exercitus ouonis deleuit. Heinricus rex iterum vngariam ſibi ſubiecit. Poppo patriarcha obijt.

M.xliij. Giſila imperatrix mater heinrici regis. xvj. kalendas Mai. obijt. Heinricus rex tercio pannoniam petens vngaros per iuſiurandum ſubiugauit. Leupoldus qui miles fortis dicebatur. filius adelberti marchionis auſtrie moritur. v. Idus decembris.

M.xliiij. Heinricus rex quarto ouonem regem rebellantem uicit. et petrum regno ſuo reſtituit.

M.xlv. Petrus rex. heinricum regem in penteco-

ften magno apparatu fufcepit. Bruno Wirtzburgenfis epifcopus obijt. Adalberto fucceffit.

M. xlvj. Petrus rex excecatus eft ab vngaris. et Andreas rex efficitur.

M.xlvij. Suidegerus babenbergenfis epifcopus. in natiuitate domini papa confecratur. et Heinricus rex et vxor eius agnes ipfa die imperiali benedictione fublimantur.

M. xlix. Andreas rex vngarorum per legatos imperatori heinrico fubieccionem et annuum cenfum iureiurando promifit.

M. l. Agnes imperatrix imperatori filium peperit nomine heinricum.

M. lj. Andreas rex. et adalbertus marchio auftrie pacificantur. Sanctus Bardo archiepifcopus obijt.

M. liij. Heinricus imperator pannoniam cum exercitu petit. et gloriofiffime redit. Leo papa. qui et Bruno. natalem domini cum imperatore wormacie egit.

M. lv. Leo papa dormiuit in domino. iij. kalendas Mai. pro quo uictor. qui et Gebhardus haiftenfis epifcopus ordinatur.

M. lvj. Adelbertus marchio auftrie obijt. Ernuft filius eius fucceffit. Chuno dux bawarie ab imperatore expulfus. in pannonia exul moritur.

M. lvij. Heinricus imperator obijt. iiij. Nonas Octobris. Heinricus filius eius fucceffit.

M. lviij. Heinricus quartus regnauit annos xlix. Victor papa obijt. pro quo Stephanus. qui et fridericus eligitur. Agnes imperatrix fufcepit ducatum bawarie.

M. lxij. Heinricus rex feparatus eft a matre fua. anno vj°. regni eius. etatis vero. xj°. Agnes imperatrix et Guntharius epifcopuf. predas et incendia in inuicem exagitant.

M. lxiij. Heinricus rex exercitum mouit in pannoniam et Salomonem regem conftituit: federatifque omnibus cum fummo honore reuertitur.

M. xliiij.

M.lxiiij. Cedes magna facta eſt in goſſarenſi monaſterio. preſente rege in principibus eius. multa mala tunc temporis facta ſunt in terra.

M.lxv. Heinricus rex accinctus eſt. gladio anno regni ſui nono in paſcha. Sigefridus maguntinenſis Epiſcopus et Guntharius babenbergenſis epiſcopus Iheroſolimam tendunt. Engilbertus patauienſis epiſcopus obijt. Altmannus ſucceſſit.

M.lxvj. Meginhardus comes occiditur.

M.lxvij. Heinricus imperator duxit Bertham filiam ottonis comitis vxorem.

M.lxviij. Multa mala et diuerſa his temporibus in toto regno facta ſunt.

M.lxx. Otto dux bawarie regi rebellauit.

M.lxxj. Adelaida marchioniſſa obijt. Welfo dux bawarie factus eſt expulſo Ottone.

M.lxxij. Altmannus epiſcopus patauienſis. in monte kalendis octobris eccleſiam Sancte Erindrudis. et primum altare ſancte Marie conſecrauit.

M.lxxiij. Rudolfus dux alamannie. et Welfo dux bawarie. nec non Pertolfus dux corinthiorum (*Carinthiorum*) in vnum coniurant aduerſus regem Heinricum. Hildebrandus qui et Gregorius papa ordinatur.

M.lxxiiij. Heinricus rex in vngariam aduerſus Ioitſtonem patruelem Salomonis profectus in caſſum redijt.

M.lxxv. Primum bellum Heinrici regis cum ſaxonibus iuxta fluuium qui uocatur vnſtrut. feria. iiij[a]. v°. Idus Iunij. In quo bello Ernſto marchio auſtrie occiſus eſt. cui ſucceſſit Leupoldus filius eius.

M.lxxvj. Anno colonienſis epiſcopvs obijt.

M.lxxvij. Magna diſcordia inter papam et regem oritur. Heinricus rex italiam proficiſcitur. vi°. et Rudolfus in regem eligitur apud uoricheim.

M.lxxviij. Bellum enim inter duos reges in ſaxonia committitur. in quo Diepoldus comes occiditur iuxta riuum qui dicitur ſtrewa. feria. iiij[a]. vij°. Idus auguſti.

M. lxxx. Papa Gregorius qui Hildebrandus. Heinricum regem excommunicauit. Welfo dux bauwarie hostiliter ciuitatem inuasi et depredauit atque incendit. Tercium bellum heinrici regis cum saxonibus iuxta uillam que dicitur durloch. feria. ij^a. v°. kalendas februarij. Eodem anno quartum bellum heinrici regis. cum saxonibus iuxta fluuium qui dicitur elster. Rudolfus rex occiditur.

M. lxxxj. In monte Chotwigensi monasterium sancte Marie a uenerabili altmanno patauiensis ecclesie episcopo consecrato. (a) Idem altmannus episcopus patauiensis et Leupoldus marchio austrie. aliique principes iurabant in vnum contra regem heinricum. Quintum bellum heinrici regis. contra sueuos iuxta fluuium qui dicitur danubius apud uillam que dicitur hohesteten. feria iiij^a. Idus Augusti. Hermannus rex constituitur.

M. lxxxij. Hoc anno. iiij°. Idus Mai. feria v^a. Cunradus dux boemorum auxilio bawarorum cum leupoldo marchione austrie. ad mauriberch bellum inijt. et cum maxima orientalium hominum cede terminauit. et marchionem ad fugam compulit.

M. lxxxv. Sextum bellum heinrici regis. cum sueuis et saxonibus iuxta uillam que dicitur pleichuelt.

M. lxxxviiij. Constitucio monachorum in loco medelicensi sub abbate Sigboldo in festo sancti Benedicti abbatis.

M. lxxxx. Sanctus Nycolaus a myrra grecie translatus barum sepultus est.

M. xci. Altmannus patauiensis episcopus obijt.

M. l. xxxxij. Vdalricus patauiensis episcopus constituitur.

M. lxxxxv. Facta est expedicio iherosolimam sub vrbano. papa. v°. Sub duce Gotfrido.

M. lxxxxvj. Leupoldus marchio austrie obijt. Filius eius. Leupoldus pius successit. Petrus heremita aliique plures tendunt iherosolimam. M. lxxxxviiij.

(a) Ita Codex pro *consecratur*.

M. lxxxxviij. Heinricus epiſcopus eligitur friſingenſis. fundatum cyſtercium.

M. lxxxxix. Anno milleno. centeno quo minus vno.
Quindecies iulio, iam febi lumine tacto.
Iheruſalem franci capiunt uirtute potenti.

M. c. Ita marchioniſſa auſtrie leupoldi marchionis defuncti relicta iheroſolimam iuit.

M. cj. Welfo dux bauarie profectus iheroſolimam. Similiter Tiemo ſalzburgenſis epiſcopus. Sighardus comes occiditur ratiſpone.

M. ciiij. Leupoldus pius marchio auſtrie accinctus eſt gladio.

Mc. v. Heinricus rex filius heinrici imperatoris. contra patrem in regnum ſurrexit et obtinuit.

Mc. vj. Heinricus imperator obijt. vij. Idus auguſti. Marchio auſtrie Liupoldus pius. Agnetem filiam imperatoris defuncti duxit vxorem.

Mc. vij. Heinricus. v. regnauit poſt mortem patris xix. annis.

Mc. viij. Heinricus rex obſedit caſtrum preſburch.

Mc. x. Heinricus rex Magnam expedicionem in italiam mouit. et paſchalem papam rome cepit. ſed poſtea eius graciam et benedictionem imperialem aſſecutus eſt.

Mc. xiij. Claruit ſanctus Bernhardus clareuallenſis abbas qui eciam fuit ingreſſus cyſtercium cum ſocijs fere xxx. ſcilicet fratribus et cognatis et amicis.

Mc. xiiij. Hoc anno dominice incarnacionis incepta eſt fundari Niwenburgenſis baſilica. a marchione pio Leupoldo. et ab vxore ſua Agnete. et fundauit eccleſiam ſancte crucis. et perfecit clauſtrum medlicenſe. Idem eciam pius marchio Leupoldus per vxorem Agnetam habuit liberos. xviij. quorum ſeptem in infancia obierunt. xi. vero qui ſuperuixerunt. vj. uidelicet filij. et v. filie. ad honores temporales ſunt promoti. Primogenitus Adelbertus nomine aduocatus Niwenburgenſis eccleſie. et omnium clauſtrorum auſtrie aduocatus eſt

 factus.

factus. Qui mortuus in capitulo Niwenburgensi cum patre et matre sepultus est. Secundus Heinricus (*in margine rubro colore*: hic fundauit monasterium ad scotos Wyenne) diucius omnibus uixit sed patri minus erat dilectus de quo postea dicemus. Tercius Leupoldus dux factus bawarie. sepultus est apud sanctam crucem. Quartus Erinsto ibidem sepultus est. Quintus Otto griseus monachus est factus.

Mc. xv. Nota quod Heinricus imperator saxones inuadens apud welfesholz a quibus uictus cum paucis euasit.

Mc. xvj. Terremotus factus est magnus per uniuersam teutonicam et italicam regiorum. iiij. Nonas Ianuarij. Sigeboldus abbas obijt. Engilschalcus successit.

Mc. xviij. Vngari iuxta fluuium litha teutonicos uexauerunt.

Mc. xxj. Vlricus pataujensis episcopus obijt. Reimarus successit. Erchinfridus abbas eligitur. Peregrinatur.

Mc. xxij. Calixtus papa consecrauit Medlicense monasterium viij°. Idus marcij. Hermannus comes prouincialis de saxonia obijt.

Mc. xxv. Heinricus imperator obiit. x. kalendas Iunij. Lotharius dux saxonum in regem eligitur. Albertus filius pii marchionis Leupoldi cum aliis. c. xij. accinctus est gladio. Nauto abbas obijt. Nonis februarij.

Mc. xxvj. Nix fuit ualida.

Mc. xxvij. Aua inclusa obijt. viij. Idus Februarij.

Mc. xxviij. Leupoldus marchio Karinthiorum obijt. Helinbertus lambacensis abbas obijt. viij. Idus februarij.

M. xxix. Greci et vngari discordantes apud fluuium Sowa. castra metati sunt.

Mc. xxx. Honorius papa obiit. vj. kalendas Marcij. Innocencius eligitur. Spira a Lothario rege obsessa traditur.

Mc. xxxj. Stephanus rex ungarorum obijt. Belà cecus successit. Fridericus coloniensis episcopus obijt.

Mc. xxxij.

Mc. xxxij. Lotharius rex profectus eſt in italiam.

Mc. xxxiij. Eclypſis ſolis facta eſt et tenebre facte ſunt. iiij. Nonas Auguſti. hora quaſi nona. Hoc anno canonici ſeculares a loco Niwenburgenſi auerſi ſunt. et regulares beati Auguſtini ſubſtituti.

Mc. xxxiiij. Bela cecus rex ungarorum triumphat de policis ſed dolo. Facta eſt eclypſis ſolis media die indiccione duodecima iij. Nonas auguſti.

Mc. xxxv. Lotharius imperator. et dux fridericus pacificantur babenberch. xv. kalendas aprilis. Domus ſancte crucis fundatur.

Mc. xxxvj. Hoc anno dedicatum eſt monaſterium Niwenburgenſe ab Epiſcopis Chunrado ſalzburgenſe archiepiſcopo primo. et ſecundo Raimaro patauienſe. Romano Gurcenſe. Eodem anno Leupoldus marchio auſtrie eiuſdem monaſterij fundator. ex hoc mundo migrauit ad dominum. cui filius eius Leupoldus ſucceſſit. Lotharius imperator ſecundo profectus eſt in italiam. xvij. Kalendas decembris. albertus filius pij marchionis obiit.

Mc. xxxvij. Lotharius imperator obijt. Albertus maguntinenſis epiſcopus obiit. Bruno colonienſis epiſcopus obijt. Heinricus friſingenſis epiſcopus obijt.

Mc. xxxviij. Cůnradus ſecundus nepos imperatoris heinrici quarti frater ducis Friderici de ſuevia. rex efficitur. Filia beli regis vngarici deſponſata eſt filio regis Cůnradi. Leupoldus marchio auſtrie duxit vxorem. Reimarus epiſcopus patauienſis obijt. Reimbertus in locum ſuum eligitur.

Mc. xxxix. Innocencius papa pluſquam dc$^{ot.}$ epiſcoporum ſynodum rome collegit. exceptis patribus ſanctis quorum ibidem multitudo quam maxima conuenit. feria tercia. ij. Nonas Aprilis.

Mc. xlij. Leupoldus dux bawarie et marchio auſtrie obijt. Heinricus frater eius ſucceſſit.

Mc. xliij. Heinricus dux bawarie et marchio auſtrie filius leupoldi pij marchionis duxit vxorem. Gertrudam filiam

filiam lotharij imperatoris et ſaxones pacificantur cum rege Cůnrado.

Mc. xliiij. Innocencius papa obijt. cui celeſtinus ſucceſſit. Eodem anno et ipſe celeſtinus papa obijt. et in locum eius Lucius eligitur. Illo anno multi ex principibus italicis frigore marciano interierunt. Lucius papa obijt. Eugenius eligitur.

Mc. xlv. Miniſteriales prefati ducis Heinrici bawarie et marchionis auſtrie et milites marchionis ſtyrie. Otakari totam pene auſtriam preda et incendijs diuaſtauerunt.

Mc. xlvj. Miniſteriales ducis Heinrici caſtrum regis vngarie quod dicitur boſonium clanculo ceperunt. ſed poſt pace facta redierunt. Eodem anno rex vngarie cum prefato duce iuxta flumen quod dicitur litha bellum contulit et uictor heu exſtitit.

Mc. xlvij. Monente papa Eugenio. exercitus chriſtianorum contra paganos uerſus iheroſolimam dirigitur. cum rege romanorum Cůnrado et rege francie Lodowico. Reimbertus epiſcopus patauienſis dedicauit eccleſiam wiennenſem ſub Eberhardo plebano.

Mc. xlviij. Indictum decima (a) facta eſt expedicio chriſtianorum iheroſolimam ſub rege Cunrado. Eodem anno inter regem vngarorum et ducem auſtrie Heinricum facta eſt bellum iuxta litha. Eodem eciam anno. Reimbertus epiſcopus patauienſis obijt. Cůnradus filius Leupoldi pij marchionis in epiſcopatum patauienſem eligitur. Cůnradus archiepiſcopus obijt. Eberhardus abbas in locum eius ordinatur. Regebertus epiſcopus obijt. Cella beati Iohannis euangeliſte in walthvſen fundata eſt et ſeptima ebdomada dedicata.

Mc. xlix. Otto beate memorie fundator celle beati Iohannis euangeliſte obijt.

Mc. lj. Heinricus prepoſitus celle obijt. Selpkerus in

(a) Ita Codex.

in locum eius eligitur. sed Wernherus abbas de kotewico oblitus iusticie et ueritatis et illius precepti. quod tibi non vis fieri alij ne feceris. locum beati Iohannis inuasit. fratresque illos ibidem eiecit. ac eundem locum annum et octo menses occupauit. Iutta vxor octonis (a) obijt. Bellum monauiori (b) initum est.

Mc.lxij. Cůnradus imperator romanorum obijt. cui successit Fridericus filius friderici ducis suevie. Selpkerus prepositus et fratres restituuntur in locum beati Iohannis ewangeliste.

Mc.lxiij. Eugenius papa obijt. Athanasius eligitur. Athanasius obijt. Adrianus eligitur. Bernhardus clareuallensis abbas obijt. Eclypsis lune facta est. iij. kalendas Ianuarij. hora noctis prima.

Mc.lv. Claustrum scotorum in wienna a duce austrie heinrico hoc anno fundatur.

Mc.lvj. Fridericus imperator ordinatur rome ab Adriano papa.

Mc.lvij. Fridericus imperator cum magno exercitu italiam intrauit et mediolanum obsedit. et in dedicionem eam accepit. sed statim rebellare ceperunt. Vrbs bohemorum podewin igne combusta est a populo austrie. Heinrico duci austrie filius nascitur Leupoldus nomine.

Mc.lviij. Fridericus romanus imperator secundo ytaliam profectus est et mediolanensis cum ipso pacificantur. Eodem eciam anno mediolanenses rebelles existunt. Otto Frisiensis (*Frisingensis*) episcopus Leupoldi pij marchionis filius obijt. Heinricus frater leupoldi nascitur filius Heinrici ducis austrie. Niewenburch clavstrum combustum est. Hoc anno Fridericus imperator destruxit Criminam.

Mc.lix. Adrianus papa obijt. Scisma in sancta exoritur. Alexandro canonice electo. et Victore pro primatu

(a, b) Ita utrobique Codex.

matu romane ſedis contendentibus. Dedicatum eſt altare in walthuſen.

Mc. lx. Arnolfus maguntinenſis archiepiſcopus in templo ſancti iacobi ab incendiarijs occiſus eſt. Fridericus imperator mediolanum obſedit.

Mc. lxij. Fridericus imperator romanorum iij. kalendas Marcij prima die menſis felicem et glorioſam de mediolanenſibus uictoriam adeptus eſt. Eodem anno Gyſa rex vngarie obijt. Cui ſucceſſit filius eius Stephanus. qui non multo poſt regno priuatur et Laizlaus frater defuncti regnum inuadit. Selpkerus prepoſitus obijt. Berhtoldus ſucceſſit.

Mc. lxiij. Laizlaus. obijt. cui Stephanus frater eius in regnum ſuccedit. Et hic eodem anno cum dedecore regno pellitur. et Stephanus filius Gyſe regno ſuo honorifice reſtituitur a quo ante priuatus fuerat.

Mc. lxiiij. Otakarus marchio ſtyrie obijt. Eberhardus Salzburgenſis archiepiſcopus obijt. cui Cůnradus patauienſis epiſcopus ſucceſſit.

Mc. lxv. Fridericus imperator romam hoſtiliter inuaſit vnde nutu diuino multi principes tam ſpirituales quam ſeculares. epiſcopi. duces. comites. uice domini in comitatu ſuo interierunt. Item Fridericus imperator romanorum compulit omnem clerum iurare cuidam Gwidoni quem ſibi elegerat in papam. Ipſo anno Rulbertus patauienſis epiſcopus obijt. cui Albo ſucceſſit.

Mc. lxvj. Stephanus rex vngarie duxit vxorem Agnetem filiam Heinrici ducis auſtrie.

Mc. lxvij. Marquardus Niwenburgenſis prepoſitus obijt. cui Rudgerus frater eius ſucceſſit. Niwenburgenſes apud friſacum a domino Cůnrado archiepiſcopo ſalzburgenſi conſecrantur. Fridericus imperator auſtriam intrauit.

Mc. lxviij. Rudgerus Niwenburgenſis prepoſitus obijt. cui Werenherus ſucceſſit. Cůnradus ſalzburgenſis archie-

chie-

chiepiſcopus pij marchionis filius obijt. cui adelbertus ſororius eius filius regis bohemie ſucceſſit.

Mc. lxx. beatus Thomas archiepiſcopus cantuarienſis in anglia paſſus eſt. Hoc anno Wernhero prepoſito conſecrati ſunt fratres Neuenburgenſes. xxx. clerici a venerabili archiepiſcopo Alberto apud Viſcha.

Mc. lxxj. Hoc anno a natiuitate domini poſt. vij. ebdomadas danubius congelatus eſt. His duobus annis tanta fuit ariditas vt aque fere omnes preter danubium in partibus auſtrie exſiccarentur. Et tamen tanta copia alimentorum fuit vt homines et pecora ſatis habunde ſuſtentarentur. Item eodem anno ſanctus Thomas cantuarienſis archiepiſcopus martyrio coronatur iiij. kalendas Ianuarij.

Mc. lxxij. Fridericus imperator curiam Salzburgi in Dominica Exurge celebrauit omnibusque clericis et laicis ab obediencia et ſeruicio. Alberti archiepiſcopi ſub obtentu gracie ſue prohibitis parauit. ſeceſſit. (a) ubi Diepoldus pro fratre ſuo Heinrico in epiſcopum eligitur. In nortica ſilua multi homines luporum rabie dicuntur periiſſe.

Mc. lxxiij. Imperator Fridericus in natiuitate domini curiam auguſte celebrauit. Rex bohemorum confectus ſenio filium ſuum Fridericum in locum ſuum abſque conſenſu imperatoris ſubſtituit. unde imperator commotus curia ipſis indicta regiam poteſtatem quam quaſi ex hereditate ſibi uendicauerant. ab ipſis abſtulit. et quemdam Zabezlaum conſanguineum ipſorum quem ipſi multis annis in carcerauerant. regio nomine ſublato. ducem bohemie conſtituit. Inundacio magna hyemali glacie recedente facta eſt ita ut aqua flueret ſuper muros aliquos in caſtro Cremenſe.

Mc. lxxiiij. Hoc anno in pentecoſten. Leupoldus et Heinricus frater eius. filij Heinrici ducis auſtrie. accin-

(a) Ita codex.

ęti ſunt gladio. et ipſa die eiuſdem Leupoldo copolata eſt vxor ſua quam in prouincia deſponſauerat. Helena nomine filia regis vngarie. Lovtſe nomine ſoror Bele regis qui tunc temporis mortuo patre. Poutſa in vngaria regnauit. Fridericus imperator tercio ytaliam profectus eſt. longobardi in dicionem veniunt. Sed eciam eodem anno rebellauerunt. Eodem eciam anno ceſar antequam proficiſceretur in italiam conuentum procerum ratiſpone fecit. in quo alberto archiepiſcopo epiſcopatum ſalzburgenſem iniquo quorumdam epiſcoporum et prelatorum iudicio abiudicauit. ſuppoſito ei Heinrico perhtenſgadnienſi prepoſito. Domnallus rex anglicos uicit in loco hybernie qui dicitur durlus.

Mc.lxxv. Heinricus dux auſtrie a bohemo vngaroque nec non a ſtyrenſibus multis laceſſitur iniurijs. auſtria. karinthia. bawaria preda et incendio vaſtantur. ita ut miniſteriales ſtyrie marchionis. nec ab eccleſia in qua fere. ccc. homines igne conſumpti ſunt manus continerent.

Mc.lxxvj. Dux bohemie auxilio bolanorum. ſaxonum. ſwrbonum. vngarorum. terminos auſtrie ingreditur et ab egenburch uſque ad danubium et marcham flumen deſcendens totam auſtriam incendio et rapinis in humane uaſtauit. Eodem anno Leupoldus et Heinricus filij ducis auſtrie marauiam terram comitis ottonis ingreſſi preda et incendio uaſtauerunt. Hijs ergo patratis et auſtralibus reuertentibus dux bohemie contracta interim ualida manu a tergo noſtros inſequitur. et a iiij° Idus decembris uſque in. xiiij. kalendas Ianuarij. x. diebus preda et incendio Zwetel et ſibi contigua deuaſtauit. dux uero Heinricus eiſdem diebus videlicet. iij°. kalendas decembris. de equo corruens talo eius irrecuperabiliter fracto grauiter deprehenſus languore breui tempore ſcilicet. idibus Ianuarij ad mortem deductus eſt.

Mc.lxxvij. Hoc anno dux auſtrie Heinricus Leupol-

di

di pij marchionis filius. uir ab stype nulli mortalium nobilitate secundus propter multas et graues quas a bohemis in terra dicionis sue. sanus et semiuiuus sustinuerat contumelias. Idibus Ianuarij. in opido wienne obijt. et ibidem in monasterio sancte dei genitricis Marie. sanctique gregorij pape. quod ipse fundauerat. et monachis schoticis locauerat. xviij°. kalendas Februarij. medio ecclesie sepelitur. Quo sepulto filius eius Leupoldus qui deo auctore patri feliciter successit. Eodem eciam anno. viij. kalendas Augusti. Venecijs ad ualuas sancti Marci. in celeberimo episcoporum germanie et italie conuentu federatis sibi duobus primis ecclesie capitibus. apostolice sedis pontifice. papa Alexandro et nobilissimo imperatore Friderico. terminatum est scisma pestilentissimum inter papam alexandrum et fautores octauiani ab ortu suo anno xviiij°. In qua eciam concordia quod durum est et lacrimabile pie recordacionis dominus Albertus salzburgensis. episcopus uir prime innocencie. et nobilitatis. filius regis bohemie sororius ducis austrie. canonice electus et consecratus. et ab ipso apostolico pluribus epistolis confirmatus. ob graciam et fauorem imperatoris ab eodem papa. ecclesia sua priuatus est. et Cůnradus moguntinus per quem antea idem albertus ab eodem apostolico fuerat impalliatus. illi est substitutus.

Mc.lxxviij. Isto anno quidam nobiles bohemorum a duce suo Sodizlao multa grauia passi metuentes grauiora in graciam ducis Leupoldi redierunt. et se suaque illi submittentes auxilium illius in tyrannum bohemie implorauerunt. vnde Leupoldus dux austrie contracto exercitu terminos bohemorum intrauit et duabus prouincijs Olmunz scilicet et Brunne uastatis in sua redijt. Cůnradus archiepiscopus a domino imperatore in lombardiam uocatus apud thaurinum ad ipsum uenit. dimissus ab eo crucem et lanceam domini. et alia imperij signa ad partes teuthonie occulte secum transportauit

priuilegium de confirmacione tocius episcopatus ab eo impetrauit. Richerus vxmensis episcopus senio confectus episcopatum resignauit. pro quo heinricus quondam salzburgensis electus eligitur. et a Cůnrado archiepiscopo apud Athle consecratur. Zabezlaus dux bohemorum accusatus apud imperatorem quod fratrem regis ungarie ad se transfugientem. fratri fraudulenter reddidisset. ducatu suo priuatur. et fridericus pro eo restituitur.

Mc. lxxix. Fridericus imperator cum Zabezlao priore duce bohemie graui prelio confligens. uictus ab eo cum paucis uix euasit. Secundo de hinc prelio inter eosdem commisso Fridericus uictor existens. Zabezlaum a prouincia exire coegit. Eodem anno synodus rome celebrata est sub alexandro papa in media quadragesima. omnibus fere italie et teutonie et tocius gallie. sex centorum et eo amplius episcoporum celebrauit. Depositi sunt in eodem consilio (a) argentinensis et basiliensis. eo quod a papa scismatico consecracionem recepissent. Romanus Gurcensis secundus eiusdem nominis episcopus obijt. Dietricus eiusdem loci prepositus eligitur et consecratur. Newenburgenses a domino dypoldo patauiensi episcopo consecrati sunt in ciuitate enalij. sub werenhero preposito.

Mc. lxxx. Heinricus dux bauuarie et saxonie miro fastu contra imperatorem Fridericum et totum imperium romanum senciens in spirata. uelocitate et felicitate. uocatur ad curiam quo cum uenire contempneret. de summo culmine honorum et temporalium bonorum cecidit.

Mc. lxxxj. Salzburch corpus beati Virgilij eiusdem vrbis episcopi subter murum absconditum inuenitur et ibi multis signis miraculorum claruit. In pataria quoque sepulchrum beati Pilgrimi eiusdem urbis episcopi ape-

(a) Ita Codex.

aperitur. miraculis clarescere cepit. Fridericus imperator secundam in saxoniam expedicionem mouens. omnes fere ciuitates et castella Heinrici quondam ducis bawarie et saxonie. aut cepit aut diruit. ipsum omnimoda dedicione coegit. Alexander papa obijt. pro quo Lucius. Manuel imperator grecorum obijt. Ludowicus rex francie obijt. cui Philippus filius eius successit. Hermannus dux Karinthie obijt.

Mc. lxxxij. Theodora ducissa austrie. femina prime nobilitatis et fortune obijt. Que Heinrico tunc tempus duci bawarie et principi austrie in expeditione iherosolimitana constantinopoli. presentibus duobus regibus. Cůnrado videlicet rege romanorum. et emanuel rege grecorum patruo eiusdem theodore fauentibus utrius que regni principibus in salutem multorum milium populi christiani dei ordinacione in maxima gloria est copulata. Eodem anno reuertitur dux Leupoldus afferens porcionem sancte Crucis ad mensuram uirilis manus. Eodem anno terre motus factus est. ij. kalendas May. tribus uicibus vna nocte.

Mc. lxxxiij. Dominus Christianus moguntinus archiepiscopus et imperij cancellarius obijt. post cuius mortem moguntini dominum Cůnradum salzburgensem archiepiscopum eligunt et recipiunt. Albertus qui similiter tempore scismatis a salzburgensi ecclesia per uiolenciam imperatoris pulsus eandem sedem recepit. sicque omnia in pristinum statum reuocata sunt. Otto dux bawarie id est palatinus comes. obijt. cui successit filius eius Ludowicus.

Mc. lxxxiiij. Imperator curiam celebrem in pentecoste moguncie celebrauit. in qua duos filios suos. Heinricum regem et Fridericum ducem svevie gladio militari accinxit. Albertus frisingensis episcopus obijt. iij. Idus Nouembris. pro quo frater Theobaldi pataujensis episcopi eligitur. et in sequenti anno post pascha in dominica Iubilate. salzburch ab archiepiscopo Alberto con-

consecratur. cooperantibus Cůnrado ratisponensi. Theobaldo patauiensi. Heinrico brixinensi episcopis.

Mc. lxxxv. Diarmicius rex ab anglicis dolo occiditur, cui Donnoaldus filius eius succedens. Sifridum cum ceteris anglicis a quibus pater eius occisus fuerat occidit. Cunradus ratisponensis episcopus obijt. pro quo Gotfridus. cancellarius imperatoris eligitur. Lucius papa moritur. pro quo Vrbanus. iij⁹ mediolanensis archiepiscopus instituitur.

Mc. lxxxvj. Fridericus dux bohemie conspirantibus aduersum se bohemis in austriam profugus uenit sed auxilio fratris sui Alberti salzburgensis archiepiscopi. et consanguinei sui Leupoldi ducis austrie. ualida militum manu collecta totam bohemorum terram in dedicionem cum obsidibus recepit. et eum quem pro ipso ducem instituerant. violenter eiecit. Wernherus Neuenburgensis prepositus locum regiminis sui deserens alio conuersari cepit. Gotschalcus in locum eius successit.

Mc. lxxxvij. Iherusalem a paganis expugnata est. vj. Nonas Octobris. vj^a. feria. Vrbanus papa obijt. Gregorius successit. Hoc anno dedicatum est monasterium sancte crucis a uenerabili cardinali Theobaldo ostiensis et velletrensis ecclesie episcopo sanctissimo sedis apostolice legato. ij. Kalendas februarij. prima ebdomada quadragesime in die sabbati cum maxima cleri et populi deuotissima gloria. Eodem eciam tempore. iij. kalendas Marcij altare sancte Crucis et sancti Mauricij ab eodem cardinali consecrata sunt. et altare sancti Michaëlis. kalendis Februarij. ab eodem Gregorio papa precepto et monitis ut christiani milites iherosolimam contra paganos armati pergerent complere studuit. cardinales suos et episcopos cum reliquis tocius probitatis nunciis transmittendo imperatori uidelicet primo. deinde reliquis ecclesie hominibus et tocius virtutis principibus.

Mc. lxxxviij. Fridericus imperator fide christi succen-

cen-

censu signo sancte Crucis se signauit generalem expedicionem aduersus paganos indicens. ad liberandam ciuitatem et terram ierusalem de manu sarracenorum totis uiribus se toto hoc anno preparauit. Gregorius papa obijt. cui Clemens subrogatur.

Mc. lxxxix. Exercitus christianorum cum imperatore Friderico de diuersis regionibus congregatus aduersus saladinum et sarracenos properans. Pentecosten in finibus austrie in campo qui dicitur vieruelde celebrauit ibique pluribus pro necessitate exercitus prudenter dispositis. a rege ungarie honestissime receptus. per vngariam vsque in greciam transiuit. et uiam sancti sepulcri aggressus est.

Mc. lxxxx. Fridericus imperator iiij°. Idus Iunij. die Dominica in peregrinacione diem clausit extremum. cui Heinricus filius eius in regnum successit. Diepoldus quoque patauiensis episcopus ibidem obijt. cui Wolfkerus successit. Dux austrie Leupoldus secundo. et rex Francie. rex quoque anglie et comes flandrie de terra sua uersus iherosolimam egressi sunt. Rex eciam romanorum Heinricus. vj⁹. apuliam eodem anno cum exercitu petit. Eodem tempore dux bawarie Heinricus in graciam regni receptus est.

Mc. lxxxxj. Heinricus rex. morte imperatoris augustus patris sui. (*morte*) audita cum exercitu romam proficiscitur. Heinricus rex rome consecratus imperatoris et augusti nomen accepit. Dux sweuie filius imperatoris Friderici in peregrinacione obijt. Clemens papa obijt. cui Iacintus qui et Celestinus successit. Rex Francie et dux austrie Leupoldus ab iherosolimis redierunt. Heinricus imperator de apulia redijt in cassum. Episcopus coloniensis dux bohemie Otto cancellarius imperatoris et alij principes multi ibi mortui sunt. Facta est eodem anno expedicio christianorum ierusalem sub imperatore Heinrico qui diuersis laboribus uictor transiuit. Iconium inde ueniens ad fluuium Seleph se refri-

 gera-

gerare volens heu submersus est. Postmodum nobiliores non gladio nec fame cum maxima parte exercitus obierunt.

Mc.xcij. Otacharus dux Karinthie et styrie. obijt. cuius hereditatem Leupoldus dux austrie de manu imperatoris sollempniter suscepit. Rex anglie ab iherosolimis rediens a duce Leupoldo ob contemptum in transmarinis sibi partibus illatum. in opido wienne capitur. Gotschalcus neuenburgensis prepositus. obijt. cui Wernherus qui et antea prepositus fuerat reuocatur. Wolfgerus patauiensis episcopus eligitur. Heinricus filius Friderici imperatoris cum expedicione. in italiam ueniens a celestino papa imperator ordinatur.

Mc.lxxxxiij. Rex anglie a duce Leupoldo in potestatem et captiuitatem imperatoris traditur. Heinricus imperator secundo in apuliam profectus prospere egit. Wernherus Niumburgensis prepositus in apicem Gurcensis episcopus electus. Ottonem successorem reliquit. quo in breui mortuo. Růdolfus decanus successit. Wienne incendio flagrat. Danubius iam vice altera contra solitum inundans uicina loca cum hominibus et iumentis occupat. Eodem anno pie memorie Leupoldus dux austrie et styrie. sequenti die natalis domini. circa castrum Gracz equo lapsus. ij°. kalendas Ianuarij moritur. in domo sancte crucis sepelitur. cui filij sui Fridericus videlicet et Leupoldus in ducatum utriusque regionis succedunt. Imperator Heinricus totam apuliam sine bello. romano imperio subegit. Domnallus rex anglie. obijt. Murchertachus filius eius successit.

Mc.lxxxxiiij. Fames ualida facta est in teutonia homines et iumenta aut penitus deficere aut mori coegit.

Mc.xcv. Wernherus episcopus Gurcensis obijt. v. Nonas Mai. Rudolfo decedente. Dietricus niunburgensis prepositus eligitur. Finanus abbas obijt. cui Gregorius successit. Hoc anno Autumpnali tempore quoddam genus locustarum. iiij. pennas habens uenit ab exteris.

teris. regionibus transiens per ungariam. et marchiam et carniolam uastans in circuitu omnia cum eleuaretur a terra quasi nebula consurgebat. et per multitudinem suam. lucem diei et splendorem solis obtenebrabat. Fridericus dux austrie et multi principes teutonici regni. cruces acceperunt. Innumerabilis multitudo paganorum hyspaniam intrauerunt. et initum bellum inter christianos et paganos in hyspania in quo multi heu christiani ceciderunt.

Mc. lxxxxvj. Cůnradus moguntinus archiepiscopus et multi principes signo sancte Crucis signantur. Bela rex vngarie. obijt. Einricus filius eius successit. Otto langrauius. obijt.

Mc. lxxxxvij. Celestinus papa obijt. Innocencius successit. Heinricus imperator in apulia moritur. unicum filium Fridericum nomine reliquid. (a) sed Philippus frater imperatoris regnum inuasit. Ottone saxone sibi resistente. Expedicio tercia iherosolimitana. Cunradus moguntinensis archiepiscopus profectus est ierosolimam circa natiuitatem domini. Eodem anno Wolfkerus patauiensis episcopus. et dux austrie Fridericus et alij plures ierosolimam profecti sunt.

Mc. lxxxxviij. Fridericus dux austrie peregre moritur. Leupoldus dux styrie frater eius successit.

Mc. lxxxxix. Einricus rex vngarie expulsum fratrem suum persequens terminos austrie preda uastauit et igne. Philippus rex pluries moto exercitu prospere egit. Wolfkerus patauiensis episcopus quinquennij pace inter christianos et sarracenos composita. iherosolima rediens hostes episcopatus fortiter compescuit. Constancia imperatrix obijt. et paruulum quem incepta (b) nutrierat. Fridericum heredem reliquit. Corpus Christi in specie cruente carne in augusti ciuitate apparuit. Helena ducissa austrie obijt.

(a, b) Ita utrobique Codex.

Mcc. Leupoldus dux auſtrie et ſtyrie in die pentecoſtes ambicione magna accinctus eſt gladio preſente Cûnrado moguntino archiepiſcopo. Eberhardo ſalzburgenſe archiepiſcopo pax inter regem vngarie et ducem auſtrie componitur. fratre in conſorcium regni recepto. Cûnradus moguntinus archiepiſcopus obijt. Monaſterium ſancte Marie. et ſancti Gregorij in wienna ad ſcotos a Wolfkero patauienſi epiſcopo conſecratur.

Mcc. j. Terre motus factus eſt magnus. iiij. Nonas Mai.

Mcc. ij. Expedicio. iiij. iheroſolimam. Hoc anno Leupoldus dux auſtrie nupcias wienne multis principibus ibidem conuenientibus pompiſſime (a) celebrauit. Georius abbas obijt. cui Vdalricus ſucceſſit.

Mcc. iij. Leupoldus dux auſtrie et ſtyrie Theodoram natam regis grecorum duxit vxorem. Otacharus rex bohemie terminos regni teutonicorum potenter intrauit et in pace redijt. Cûnradus ratiſponenſis epiſcopus. et ludovicus dux bawarie mutuis cladibus terram corrumpunt. Conſtantinopolis capta et exuſta uirtutem gallorum mirari didicit. Eimricus rex vngarie data fide per religioſos uiros fratrem ſuum dolo captum et cathenis conſtrictum perpetualiter incarcerauit. ſed eodem anno diuina vlcione percuſſus in fata conceſſit quo defuncto frater de cathenis eripitur. et ſub nomine tutoris filij fratris ſui quem pater infantulum coronauerat. ſuper regnum vngarie ſublimatur.

Mcc. iiij. Patriarcha aquilegenſis obijt. cui Wolfkerus patauienſis epiſcopus ſucceſſit. et ipſe popponem ſucceſſorem habuit. Philippus rex exercitum bohemorum ſecunda erupcione cum ſuo rege fugauit. non minus preda quam uictoria nobiliter potitur. Vdalricuſ abbaſ. obijt. cui Marcus poſt curſum trium annorum ſucceſſit.

Mcc. v. Philippus rex romanorum poſt bellicos ſepten-

(a) Ita Codex.

ptennij labores tandem optatis pace et regno potitur. Eimricus rex vngarie nurum qua die fratrem dolo ceperat reuoluto tempore et ipse captus interitu. quem consortem habere noluit. heredem reliquit. (a) Greciam cum sua constantinopoli. ob necem regem Alexij. porphirogenitorum gente. cesim per uiros ac feminas delata. (b) in ius exterorum deuenit. direptisque operibus contigit non paruam dominice crucis porcionem cum alijs sacris reliquijs duci austrie Leupoldo perferri. Andreas reginam vxorem fratris et filium eius heredem regni persequens terminos austrie usque wiennam intrare coegit. ibique puer moritur. et regina marito natoque orbata auxilio ducis austrie ad terram suam arrogoniam proficiscitur. Expedicio regis Philippi uersus coloniam. cui dux austrie. Leupoldus cum magno exercitu militum interfuit. Poppo episcopus patauiensis obijt. Manegoldus abbas de chremsmunster successit.

Mcc. vj. Fundata est domus in campo lyliorum. Domnallus rex corcaie obijt.

Mcc. vij. Malachias lesmorensis episcopus roma ueniens ex cuius auxilio et intercessione pro conuentu ad dominum ducem inureus (c) unanimiter et canonici coram episcopo lesmorensi eligitur et in patauia a Manegoldo patauiensi episcopo honorifice consecratur. Leupoldo duci austrie nascitur filius nomine Leupoldus. viij. kalendas Aprilis.

Mcc. viij. Philippus romanorum rex cum expedicionem contra prunswich parat. iniquo quorumdam consilio principum babenberch. ab episcopo eiusdem loci inuitatur. ab Ottone palatino comite dolo occiditur et regina morte eius cognita pre dolore moritur. Fridericus rex apulie filiam regis arragonis relicta regis vngarie duxit vxorem. Leupoldus dux austrie et styrie zelo fidei accensus cum pluribus nobilibus terre sue in

 neuen-

(a. b. c.) Ita Codex.

neuenburch ſigno ſancte crucis inſignitur. Eodem anno peregrinacio puerorum.

Mcc. ix. Ottoni regi ob concordiam regni filia regis defuncti deſponſatur. Otto palatinus ob necem regis Philippi capite truncatur.

Mcc. x. Otto de prunſwich Heinrici ducis bawarie quondam expulſi filius. in regem eligitur et ipſe per italiam cum expedicione pacifica ſecuritate romam uſque profectus ab Innocencio papa promotus imperator efficitur. Otto proſperis ſucceſſibus mirabiliter elatus aduerſus Fridericum regem ſicilie apuliam ingreditur. Peſtilens hereſis paterinorum cum plurimos chriſtiani nominis ſerpendo corrumperet. auctore deo prodita eſt et uarijs tormentis multi eorum necati. Fingen rex corcaie a ſuis in dolo occiditur. In cuius locum Dirinucius filius eius ſucceſſit.

Mcc. xj. Otto imperator dum poſſeſſionibus apoſtolicis eccleſie romane iureiurando promiſſis dum uiolenter poſtmodum abutitur ab Innocencio papa tercio commonitus nec correctus anathematis animaduerſione percutitur. Eodem anno multi principes orientalium ex mandatis domini apoſtolici coniurant aduerſus Ottonem imperatorem exercitus ſaracenorum de tota affrica collectus cum ſuo rege mari tranſito fines aliquos hyſpanie uiolenter occupauit et reges chriſtianos circumquaque poſitos die quoque futuri conflictus expreſſo ſuperbe prouocauit. Eclypſis lune facta eſt quaſi media nocte. x°. kalendas Nouembris. Gerdrudis regina ab vngaris occiditur.

Mcc. xij. Otto imperator ab apulia proſpere regreditur regalibusque nupciis. Prunſwich magnifice celebratis filiam regis Philippi duxit vxorem. Sed celebres nupcie proh dolor in lugubres exequias regine in breui conuertuntur. Otto poſt annum excommunicatus non reſipiſcens apoſtolica ſentencia pronunciatur hereticus. et imperio deponitur omnino katholicis ab eius reueren-

rencia et obsequijs per excommunicacionem cohibitis. Fridericus rex sicilie Ottonem e uestigio secutus fauore et auxilio principum romanorum regnum ingressus est et ab omnibus gloriose susceptus. Fridericus rex ratispone celebrem curiam habuit plurimis principum sibi iureiurando confederatis.

Mcc. xiij. Leupoldus dux austrie et styrie cum magno comitatu. ad terram sancti Iacobi ad bellandum paganos transierat. Multi principum et aliorum fidelium in hyspanias profecti cum sarracenis die condicto scilicet. iiij. kalendas Iulij. bellum inierunt. sarraceni robustos et feroces animos nostrorum non ferentes magno sic detrimento terga uerterunt. Otto dictus imperator equestres copias regis Friderici declinans fines colonie adijt. Colonia et Aquis grani cum ottone suo rebellant.

Mcc. xiiij. Synodus rome facta est sub Innocencio papa apud ecclesiam sancti Iohannis.

Mcc. xv. Innocencius papa obijt. cui successit Honorius papa. Manegoldus episcopus pataviensis. obijt. cui successit Vlricus.

Mcc. xvj. Leupoldus adhuc puer obijt. filius scilicet ducis Leupoldi. Rex vngarie Andreas et Leupoldus dux austrie et styrie. cum principibus diuersarum prouinciarum. uiam sancti sepulchri aggressi sunt. Ditricus Neuenbergensis prepositus agente duce Leupoldo amministracione priuatur. et Wisinto substituitur.

Mcc. xvij. Idem dux Leupoldus transfretauit mare. xvj. diebus deo protegente. quod antea ualde inauditum erat.

Mcc. xviij. In principio anni ipsius. Andreas rex vngarie exercitum christi relinquens discessit non minima manu collecta. et in fine anni ipsius cum magno labore contumeliose propriam terram ingreditur. Damiata ciuitas regalis in egypto sita. auctore duce Leupoldo et instigante ab exercitu christianorum circumdatur. Pagani

gani multas ciuitates proprias timore perterriti uacuas dereliquerunt. insuper et castella plurima propria ualde munita, propria manu destruunt. Ditricus prepositus neuenburgensis quondam obijt. Otto imperator excommunicatus adhuc ab Innocencio papa defuncto.

Mcc.xix. Ciuitas sancta ierusalem ab ipsis paganis magna ex parte destruitur. Leupoldus dux austrie et styrie gloriose ad propriam terram reuertitur. Ciuitas damiata nocte furtiue ac miraculose a christianis capitur nullo tamen christiano pereunte. Wisinto Neuenburgensis prepositus amministracioni cessit. Bohemia ab Honorio papa excommunicatur.

Mcc.xx. Fridericus filius Heinrici imperatoris nepos Friderici imperatoris rex romanorum ac rex sicilie. apulie. galabrie. ac dux sweuie imperator rome consecratur. ab honorio papa. x. kalendas decembris. Walterus decanus sancti floriani in loco Wisintonis constituitur.

Mcc.xxj. Ludowicus dux bawarie. et Vlricus episcopus patauiensis cum alijs multis hev malo nostro ad terram sanctam tendunt. Ciuitas illa regalis Damiata in egypto. quam magna probitate christiani ceperunt et per duos annos possederunt. Hoc anno amiserunt tali modo. Christiani exierunt a Damiata. circa centum milia hominum et plus ut caperent pontem qui distat per quinque uel. iiij. rastas a damiata. transiens fluuium minorem qui diuiditur a maiori quem pagani ne transirent destruxerunt. Christiani uero quia non habebant copiam nauium inter duo flumina tentoria sua erexerunt uolentes expectare auxilium christianorum. quatuor naues domini imperatoris que uenture erant. et fecerunt magnam. et profundam fussam (a) circa se nec pagani poterant irruere super eos. In eodem uero tempore nilus stagnauit sicut solet, egyptum irrigare. quo-

(a) Ita Codex.

quolibet anno. et sic inundacione nilus transiuit ripas et finitima loca repleuit eciam fossam illam quam christiani fecerant circa se. Tunc pagani facientes fossam de minori flumine in magnum flumen quod circuit in Damiatam. per quam naues suas induxerunt. nec de damiata uictualia ad christianos per aquam portare permiserunt. christiani fame coacti consilio principum exierunt fossam. uolentes redire in Damiatam. Pagani uero circumdederunt eos et ulterius eos ire prohibebant ubi strages ad triginta quinque milia hominum facta est. et sic pro omnibus christianis a capcione Damiate comprehensis. et pro uera cruce redita est Damiata paganis et multi christianorum sine lesione captiuantur. qui captiui tenebantur in paganismo. a uinculis resoluuntur. Eodem uero tempore pirate paganorum combusserunt igne in extinguibili. septingentos tam sacerdotes quam alios clericos in vna naui in flumine.

Mcc. xxij. Dux bawarie predictus Ludowicus confuse reuertitur. Sollempnitas magna in wienna fit. Dux saxonie duxit vxorem Agnetam filiam Leupoldi ducis austrie et styrie. Eodem anno. Vlricus patauiensis episcopus redeundo a damiata obijt. cui Gebhardus successit.

Mcc. xxiij. Waltherus neuenburgensis prepositus. Obijt. pro quo Marchardus. In longobardia terremotus factus est magnus. qualis nec postea nec antea visus est. Ciuitas quedam nomine Prixia funditus est subuersa. et multi homines in ea perierunt. Rome terra rubea pluit per diem integrum et noctem. Predicatores crucis missi sunt in vniuersum mundum. Andreas rex vngarie Crucis (a) signatur cum multis alijs. Heinricus dux de medlico obijt. Nix nixit in styria que uersa est in sanguinem. Rex tharsis terram que dicitur valewin peni-

(a) Ita Codex.

penitus deuaſtauit. et habitatores interemit. nec non et multos de ruthenis interfecit auxilium uolentibus illis preſtare. Engelbertus archiepiſcopus colonienſis. a quodam comite cognato ſuo interfectus eſt.

Mcc. xxiiij. Heinricus romanorum rex filius Friderici imperatoris preſentibus principibus in Nv̊rnberch repudiat filiam regis bohemie ſibi deſponſatam. Magna peſtilencia et ante inaudita uaſtauit pene vniuerſum mundum. Andreas pragenſis epiſcopus obijt.

Mcc. xxv. Idem Heinricus romanorum rex celebrans ſollempnes nupcias in Nvrnberch Margaretam filiam Leupoldi ducis auſtrie et ſtyrie duxit vxorem Ipſo quoque die in prefata urbe. Heinricus filius Leupoldi ducis auſtrie et ſtyrie. duxit vxorem. ſororem Ludowici lantgrauij thuringie. Ipſo quoque anno. Fridericus romanorum imperator apud brandusium duxit uxorem filiam regis iherosolimorum. Multi cruce ſignati ſunt per induſtriam Cardinalis portuenſis. qui dicebatur Conradus de ordine cyſtercienſi. et cuiusdam de ordine predicatorum. qui uocabatur Iohannes.

Mcc. xxvj. Margareta uxor Heinrici regis dyademate coronatur. Marchardus Neuenburgenſis prepoſitus priuatus a miniſtracione. moritur. Chunradus ſubſtituitur. Heinricus filius ducis auſtrie. conſilio et auxilio quorumdam iniquorum oppoſuit ſe patri ſuo atque caſtrum Haimburch preocupauit. matremque ſuam inde ſatis contumelioſe eiciens. quod tamen pater caſtrum in breui recepit. Deinde idem filius uite patris ſui multimodis inſidiatus eſt. ſed tamen deo ſe protegente euaſit manus eius. Fridericus romanorum imperator prelatis eccleſie et principibus regni pro negocio ſancte crucis. curiam apud Cremonam indixit. Longobardi uero timentes inſidias imperatoris. uiam ubique inter montana uenientibus obſtruxerunt. Vnde ualde commotus imperator. cum alijs principibus tamen ſine leſione ipſorum in regnum ſicilie ſe contulit. ceteri eciam ad propria

pria

pria ſunt reuerſi. Fridericus filius ducis auſtrie in prunſwich nupcias celebrauit. Cunradus ratiſponenſis epiſcopus obijt.

Mcc.xxvij. Andreas rex vngarie Ruſciam cum exercitu ueniens. ab ipſis ſtatim fugatus receſſit interfectis non nullis de exercitu ſuo. Gens que dicitur Valwin fidem chriſti ſuſcepit ex quibus baptizati ſunt fere. x. milia. Ludowicus lantgrauius turingie. in paſſagio meſſis cum multis Cruce ſignatis obijt. multis eciam retro aſpicientibus ad propria reuerſi ſunt ceteri ſine rectore ad terram ſanctam proficiſcuntur. qui computati ſunt ad octoginta milia hominum. Honorius papa obijt. Gregorius hoſtienſis epiſcopus eligitur. Heinricus iuuenis dux. filius ducis auſtrie Leupoldi obijt. Gregorius papa cum Iohanne ieroſolomitano et longobardis conſpirat aduerſus imperatorem. Fridericus imperator cremonam ueniens. principibus alamannie indicit curiam. ſed longobardi precludunt circumquaque alpes. ne ſicut uocati fuerant. ueniant. Imperator Fridericus excommunicatus a Gregorio Papa mare tranſfretauit. Dominus Wernherus abbas ſancte Crucis obijt. Dux bawarie atque alij multi ex nobilibus per bawariam. Leupoldo duci Auſtrie et ſtyrie. inſidias mortis parabant. quas tamen per dei graciam ſine leſione euaſit.

Mcc.xxviij. Papa Gregorius viij. In cena domini. Imperatorem Fridericum. iij°. excommunicatum publice denunciauit. Vnde non parum ipſi romani turbati. ipſum papam. in ſecunda feria paſche in eccleſia ſancti Petri infra miſſarum ſollempnia que perſonaliter celebrauit. contumelijs et blaſſemijs efficientes (*afficientes*) ab inieccione manuum uix abſtinuerunt. vnde papa in pallacium apud ſanctum Petrum ſe recipiens. poſt aliquos dies urbem exiuit. et in tuſciam primo apud reatum. poſtmodum apud paryſium (*Peruſiam*) habitauit. ubi habito colloquio principes imperij a fidelitate imperatoris abſoluit. Imperator defuncta imperatrice in puerperio.

transfretauit et ad cyprum usque ad karon peruenit. ibi in magna gloria susceptus. et post paucos dies legatus soldani eum honorifice recipiens Dormicius rex anglie gloriosus de semouie post multa bella et infinitas uictorias uersus anglicos acquisitas in christo requieuit.

Mcc. xxix. Gregorius papa collecto exercitu apuliam et siciliam querit depopulari. omnibusque transfretare uolentibus precludit transitum. Operante gracia dei terram repromissionis christiani possederunt per imperatorem Fridericum. Idem imperator redijt de transmarinis partibus in regnum suum sicilie. auxilio et consilio regis paganorum scilicet soldani. Fridericus filius ducis austrie neptem regine vngarie repudiauit. que copulata erat ei in coniugio. et filiam ducis morauie (*Merante*) sibi illicite copulauit patre suo in omnibus hijs auctore. Imperator Fridericus in partibus existens transmarinis. ciuitatem sanctam ierusalem et maiorem partem terre sancte a soldano babylonico recepit. et in die sancte Gerdrudis ipse imperator dyademate coronatus est. et ingressus sanctam ciuitatem adorat ad sepulchrum dominicum. Et factis treugis per decennium. id est. x. annos inter eos firmatis. Imperator reuertitur in apulliam et fines regni apullie ab exercitu domini pape occupatos recepit. exercitus domini pape in tres partes diuisus teutonice cruce signatis passagium impediuit. Longobardi et tusci cum domino papa contra imperatorem conspirauerunt.

Mcc. xxx. Bohemi austriam rapina et incendio nullo resistente uastauerunt. Tyberis alueum suum egressus uicina loca occupauit. et in urbe roma usque ad gradus sancti Petri ascendit. Vnde romani compulsi dominum papam reuocauerunt. Papa et imperator mediantibus principibus alamannie. uidelicet Bertoldo patriarcha aquilegensi. Eberhardo archiepiscopo salzburgensi. Episcopo pataviensi. Austrie et Karinthie ducibus. et quibusdam alijs ad concordiam redierunt. et dominus

impe-

imperator ab excommunicacione absoluitur. et post absolucionem. in hospicio et mensa a domino papa excipitur. Leupoldus dux austrie et styrie in reuersione apud sanctum Germanum in apullia obijt. cuius corpus in monte cassino in monasterio sancti Benedicti. a Cardinalibus sepelitur. et ossa ipsius relata in claustrum suum quod ipse construxit Lyrenuelde. ibidem sepulta sunt in die sancti Andree apostoli ab archiepiscopo salzburgensi. et eodem die dictum monasterium ab eodem archiepiscopo consecratur. cui filius eius Fridericus successit. mox que ministeriales eius fere omnes contra eum coniurauerunt. primo dolo priuantes eum thesauro patris. ac postmodum totam fere austriam incendio et rapina uastauerunt. Idem dux Fridericus duxit uxorem filiam ducis moranie (*Meranie*) post repudiacionem sororis regine vngarie. Rex bohemie manu ualida austriam intrans maiorem partem terre uastauit incendijs et rapina. Sifridus moguntinensis archiepiscopus obijt. Marcus abbas pie memorie obijt.

Mcc. xxxj. Ludowicus dux Bawarie manifeste cultello transforatus est. Item facta est discensio inter Fridericum ducem austrie ad huc puerum et ministeriales ipsius. tandem humiliati dederunt obsides. Item karistia facta. pataule dabatur modius frumenti pro v. talentis. Episcopus patauiensis. et canonici sui cum preposito sunt reconciliati. Orta est discensio inter illustrem ducem austrie et styrie Fridericum et fratres de chunring. Hadmarum scilicet et Heinricum. Hadmarus moritur. et in claustro suo Zuetel a uenerabili episcopo patauiensi Eberhardo sepelitur. Eberhardus de lonsclors canonicus et archidyaconus patauiensis. omnibus membris miserabiliter mutilatur. Heinricus frater Hadmari defuncti. chreems ciuitatem exussit.

Mcc. xxxij. Fridericus dux austrie et styrie. post purificacionem beate uirginis. wienne in monasterio scotorum accinctus est gladio. presente Gebhardo episco-

po patauiensi. et ceteris nobilibus terre. Wiehardus de Zebinge wienne decollatur. ab orphano nocte in do mo smelzarij.

Mcc. xxxiij. Gebhardus patauiensis episcopus rome episcopatum resignauit. cui Rûdgerus chimsensis episcopus successit. Ekkebertus babenbergensis episcopus postquam bellando deuastauit karinthiam. ab heinrico de vinchenstein in dolo captus et per illustrem ducem austrie Fridericum liberatur. Post octauam sancti Iohannis baptiste idem dux Fridericus. bohemiam exercitu maximo congregato intrare uolens processit usque ad castrum vetau quod licet omnibus inexpugnabile uideretur. expugnauit. et alia quedam castra post predictam expugnacionem sibi fuerunt tradita. Audiens itaque rex bohemie quod tantam multitudinem exercitus haberet et castrum predictum expugnasset secessit per siluam. licet proposuisset in campo occurrere. Duci prefato rex vngarie circa festum omnium sanctorum austriam exercitu magno intrans. partem terre incendio et rapinis deuastauit. et usque ad houelin *(Höflein)* peruenit et interfectis multis de suo exercitu et nobilibus quibusdam captiuatis. et ciuitate tewen exusta et depopulata. ulterius procedere non ualens. pro concordia laborauit qua habita reuertitur ad sua. et non post multum tempus. idem rex pacifice exeundo processit usque ad nouam ciuitatem. et ibi a duce honorifice receptus. firmam concordiam inierunt. Vbi concordia facta. idem rex ducem amicabiliter ad vngariam inuitauit. Quo facto dux cum magno comitatu vngariam ueniens honorifice susceptus. redijt ad sua. Item vngari intrauerunt fines styrie et uastauerunt eos rapina et incendio. Styrienses uero congregati sine rectore persecuti sunt eos. Vngari uero longius eos trahentes a finibus suis insidias ponentes. post hos conuertebantur ad ipsos accedebant ante et retro. multi uero ex utraque parte mortui sunt. et multi uulneribus debilitati. tandem vngari

gari uictoria potiti. nobiliores ex eis captiuauerunt. extra multitudinem uix l. fugierunt. relequi omnes aut interierunt aut captiui abducti sunt. Sancta Elyzabeth multis miraculis claruit.

Mcc.xxxiiij. Fridericus dux austrie et styrie cum magno exercitu et forti intrauit fines bohemie. et castrum nomine vetau iterum cepit. Cum que ulterius uellet procedere nemine resistente. infirmatus est usque ad mortem. et sic omnipotens deus conatum eius male restrinxit. Rudgerus pataujensis episcopus ordinatur. Andreas rex vngarie cum filio suo Bela partem terre austrie incendio et rapina deuastauit. Fridericus illustris dux austrie et styrie. et Theodora ducissa mater sua. in octaua pasche ad festum apostolorum Philippi et Iacobi. nupcias sollempnes celebrant in campo iuxta stadelowe. ubi Marcrauius de meysen sororem iam dicti ducis Constanciam nomine duxit in uxorem. presentibus regibus vngarie uidelicet et Bohemie. et archiepiscopo Salzburgensi. Patauiensi. Babenbergensi. Frisingensi. et Secouiensi episcopis. et Marcrauio de Morauia. Saxonie et Karintie ducibus et lantgrauio Duringie. mediantibus et alijs quam pluribus. Tota hyeme illa tanta asperitas frigoris inhorruit. ut multi fluuij qui ante large fluebant. a fundo usque ad summum ita indurescerent pre frigore. ut fluere desinerent. Circa tempus uero uernale cum solueretur glacies. danubius ex multitudine glaciei et habundacias aquarum excessit terminos suos. turres muros domos pomeria arboresque subuertit. hominesque multos extinxit. vineas et agros a se remotos uastauit replensque omnia glacie in mensi ponderis que glacies per magnum tempus ipsius anni durauit. Thatheus filius Donnali regis mumonie a patruele suo corinaco rege in dolo decollatur.

Mcc.xxxv. Andreas rex vngarie cum duobus filijs suis Bela et Cholomanno congregato exercitu magno. ut dicebatur ducentis milibus intrauit fines austrie. Dux uero

uero Fridericus econtra ueniens cum triginta milibus bene instructis antequam ad rem ueniret exercitus ducis fugam inijt. cum duce ipsorum uix trecentis uiris eos persequentibus. Postea rex uastauit rapina et incendio circumquaque usque ad ciuitatem wienne nemine sibi resistente. Quod uidens dux rogabat ea que pacis sunt. Tandem pace firmata dux recepit reges in conuiuium. et exercitus regis remeauit ad propria. Interea rex bohemie ex altera parte danubij uastauit austriam rapina et incendio usque Stadelowe. ubi dum moraretur tanta inundacio pluuie erupit. fere per tres dies et noctes per austriam et vngariam. quod ante per multos annos non est uisum uel auditum. Item danubius ex habundancia aquarum terminos excedens. agros. uillas. segetes uastans. homines quoque qui in insulas confugerant. cum iumentis suis et alijs rebus extinxit. Fridericus gloriosissimus imperator intrauit alamanniam ubi ab omnibus principibus honorifice est receptus. filiam regis anglie duxit in uxorem idem imperator. et filium suum Heinricum regem alamannie uinculatum in appuliam religauit. et de regno deposuit. multisque bene dispositis secundum iusticiam seculi et ordinatis. multa castra nociua destruxit. omnibus iusticiam faciens. tam maiores quam minores homines iniustos morte tradidit. Qui ducem austrie idem imperator multocies multis legatis ac literis accersivit. sed ipse velud superbus et contumax uenire contempsit. timens suam stulticiam. ac sapienciam imperatoris. et eos qui querimoniam faciebant propter res suas sibi immerite ablatas. Mater eciam ipsius ducis Theodora propter penuriam rerum quam paciebatur. et propter timorem filij ne se perpetuo includeret. de austria fugiens uenit bohemiam. Andreas rex vngarie obijt.

Mcc.xxxvj. Fridericus dux austrie et styrie sepe uocatur ad curiam ab imperatore Friderico et uenire contempnens. tandem sentenciam proscripcionis coram multis

tis

tis principibus incurrit. tum propter contemptum tum eciam propter querimoniam multorum prelatorum ecclesiarum. et principum ac diuersarum personarum ecclesiastici ordinis et potencie secularis. Postea imperator misit nuncium suum in austriam interdixit ei graciam suam et auxilium et consilium. quem nuncium sui captiuantes et male tractantes. tandem ad iusum (*iussum*) ducis dimissus est.

Mcc.xxxvij. Item idem dux fecit omnia claustra que erant in principatu suo vno die pariter irrumpi et inquiri pecunias proprias et alienas. et inuentas diripuit. Insuper in toto principatu suo recepit de uno quoque manso. lx[a.] denarios. inicium dolorum fuerunt hec. et causa deieccionis sue. Postea propter multas insolencias et enormitates suas wiennenses et alie ciuitates preter nouam ciuitatem. et ministeriales in vtroque principatu ceperunt. se opponere ei. Deinde secute sunt rapine et incendia. et erupciones claustrorum et ecclesiarum et castrorum. Deinde rex bohemie et dux bawarie ex latere imperatoris in austriam pergerunt. (a) qui tamen nichil profecerunt. nisi quod terram rapina et incendio uastauerunt. Hij terram et ciuitatem wiennensem. Burgrauio de Nierenberch commendauerunt. qui collectis multis uenit uersus nouam ciuitatem locuturus patriarche aquilegensi. et styrensibus. In reuersione secutus est eos dux cum comite de bogen et fugauit eos. cum haberent decem contra vnum cepitque duos episcopos patauiensem et frisiensem. ceteri turpiter et uix euaserunt. Tandem imperator per longobardiam intrauit styriam et subiugauit castra ualde munita. multaque confregit. et vxorem ducis abstulit quod ei maximum dedecus fuit.

Mcc.xxxviij. Imperator intrauit austriam venitque cum multis principibus wiennam. ibique cum magno honore susceptus est. filiusque eius rex Cunradus per danubium uenit cum comitatu principum ibique per tres

L men-

(a) Ita Codex.

menses latitantes comedentes et bibentes qui apud ipsos erant. et nichil aliud utilitatis operantes. Deinde imperator relinquens austriam ingressus est bawariam et uices suas commisit episcopo babenbergensi Ekkeberto. Post recessum imperatoris dux in breui quinque castra ui obtinuit. Deinde Styrienses conducti ab imperatore austriam intrauerunt cum exercitu ad consummacionem terre. sed magis uenerunt ad desolacionem quia in breui non nullis suis interfectis et captis. cum confusione ad propria sunt reuersi. Interim episcopus babenbergensis in wienna diem vltimum clausit. Imperator cum magno exercitu intrauit longobardiam. ibique fere per duos annos ciuitates sibi rebelles impugnans sed non expugnans. Circa uindemeam que satis sterilis erat. ipso anno uenit comes de Eberstein cum alijs multis ex precepto imperatoris. cui dux occurrit circa Tulnam cum suis. cui cum resistere minime ualeret. reuersus est ad castra sua. Qui comes in wienna manens sine effectu. quia nulli se committere audiebat *(audebat)* propter infidelitatem que tunc regnabat in terra.

Mcc.xxxix. Rex bohemie se opposuit imperatori cuius consilio et auxilio dux cottidie crescendo. intollerabilis factus est hostibus suis. Ciuitates La. et Ens. et multa castra optinuit. Imperator interim manens in longobardia multos ex mediolanensibus cepit et occidit. Insuper uineas et olyueta et ficeta succidens et uastans. Eodem tempore idem imperator a domino Gregorio papa ix°. excommunicatur. Hoc anno dux austrie cum sibi adherentibus magnam copiam frumenti et uini collegit et resistentes sibi in quantum potuit rebellauit. Maiores tamen tam in austria quam in styria ministeriales ac ciuitates fortiter resistebant ei. quia ducis fidei se committere non audebant.

Mcc.xl. Ciuitas wiennensis ita custodita est ab hominibus ducis ut uix parum aliquid deferretur ad man-

ducan-

ducandum et bibendum in ea manentibus. et inde factum est ut modium frumenti uenderetur pro. vij. talentis. et multi homines in terra pre fame interierunt. et aliqui ad subleuandam famis inopiam. ut dicebatur canes comedebant. vinum eciam ualde carum fuit in ipsa ciuitate et in tota terra ut urna uenderetur in aliquibus locis pro. xij. solidis. Eodem anno ciuitas wiennensis cum tota austria reuersa est ad dominum suum ducem Fridericum.

Mcc.xlj. Obscuratus est sol in quibusdam locis et facte sunt tenebre. ita ut stelle uiderentur in celo circa festum sancti Michaelis hora nona. Inter regem bohemie et ducem austrie discordia satis intricata exorta est. et hec fuit causa. Cum esset ipse dux fere exclusus a potestate ducatus sui. quesiuit consilium et auxilium regis. promittens ei totam terram ultra danubium se daturum. si restitueretur honori suo. quod ipse rex satis competenter in quantum licuit et potuit. offensam imperatoris uilipendit. insuper La ciuitatem habuit in potestate sua. Deinde cum esset dux restitutus honori suo. per oraciones monachorum et clericorum ac mulierum ut creditur quos ante minus dilexerat. Hijs peractis quesiuit rex a duce id quod promiserat. sed ipse dissimulabat promissa persoluere. propter quod ex utraque parte satis dura contencio exorta est per rapinam et incendium et uastacionem Item rex manu ualida intrauit fines austrie ad depopulandam terram. sed propter imminens frigus et clamorem pauperum reuersus est ad propria. Ciues uero La. tradiderunt domino suo duci rege ignorante. Tandem controuersia illa sic terminata est. ut traderetur filia ducis Heinrici fratris ducis Friderici. filio regis bohemie in coniugium. quod et factum est. Eodem anno Comani et gens tartarorum immundissima que carnibus utebatur fere crudis pro cibo et lacte equarum et sanguine pro potu. Hij miserunt quosdam ex suis cum rege Go-

tan nomine ad regem vngarie rogantes vt collocaret eos in terra sua. simulantes se fieri christianos. qui ad sugestionem predicatorum sine consilio principum suorum suscipiens eos. heu malo suo sinebat. habitare secum at illi paulatim crescebant et multiplicabantur supra numerum.

Mcc.xlij. Gregorius papa obijt. Innocencius eligitur. Cholomannus rex vngarie obijt. Eglolfus sancte crucis abbas obijt. Ipso anno. Idibus Augusti claustrum in Neunburch proprio igne consumptum est. Comani gens supradicta et maledicta intrauit fines vngarie et in die sancto pasche intrabant ciuitatem Rodna. illis edentibus et bibentibus et secure habitantibus interfecerunt omnes religiosos cum omnibus deo ibi seruientibus. et irreligiosos iuuenes uirgines senes cum iunioribus. nemini parcentes. Deinde diffundebantur per totam prouinciam illam sicut locuste. sanguinem humanum sicientes et effundentes uelud aquam. ciuitatibus et castris euersis et super omnia crudelius seuientes rege cum vxore et filijs usque ad horam maris expulso. Illi qui uero prius habitare ceperunt in terra coniunxerunt se suis et facta est turba innumerabilis quorum rex nomine Gutan se ipsum interfecit. prius interfectis duabus reginis. et alijs qui secum in domo conuenerant pre timore ducis austrie. qui domvm illam impugnabant. Rex autem vngarie collecta in unum multitudine copiosa. ut dicebatur. c. milibus occurrit illis circa Pest. Illis ibi in castris quiescentibus. Comani summo diluculo inoppinate peruenerunt. Et primo incendebant castra deinde interfecerunt omnes episcopos. Comites senes et iuuenes nemine sibi resistente. ita quod ex tanta multitudine uix pauci cum ipso rege saluarentur. Hijs itaque peractis secuta est alia gens que dicitur Tartari ueniens ab ortu solis. que multa regna et ciuitates et castra subuerterat scilicet Rusciam. Poloniam cum duce suo Heinrico eo quod esset innumerabilis. cui

nemo

nemo resistere auderet. Hijs adiuncti erant heretici et falsi christiani ut possent exercere maliciam suam in christianos et delere nomen eorum de terra. que gens subiecit sibi comanos ut in omnibus parerent eis. Tunc primo multiplicata sunt mala in terra eo quod nemini parcerent. pacem aliquam querentibus dabant. sed non seruabant. Rex illorum dicebat se solum dominum esse in terra. ideo nullius auxilium uel consilium uel legacionem recipiebat. nisi qui uellet sequi legem ipsius. scilicet negare deum omnipotentem et homines interficere. Idem quesiuit a duce austrie per nuncios suos. sed ille non consensit. Pars eciam exercitus illorum intrauit fines Bohemie et austrie. et multis interfectis ad suos remeabant. Horum omnium malorum auctores erant comites qui matrem regis occiderant. eo quod filius eliminasset eos de sedibus suis. Non erat gens neque regnum. quod non timeret audito nomine illorum. Quod malum cum percepisset papa Gregorius tactus dolore uolens succurere sancte ecclesie tytubanti. sed non deficienti. misit legatos suos predicare et dare crucem in remissionem omnium peccatorum quod multi cum gaudio suscipientes. Reges. duces. Episcopi. comites. nobiles et ignobiles senes cum iunioribus parabant uindictam facere in filios diffidencie. sed dominus imperator hoc fieri prohibuit. eo quod rex vngarie ab eo vocatus uenire contempsit. et loqui cum eo. Gregorius papa. non reconciliatus imperatori. obijt.

Mcc.xliij. Tartary et comani nemine resistente et occurrente recesserunt ab vngaria cum infinita preda auri et argenti. uestium et animalium. multos eciam captiuos utriusque sexus ducebant in obprobrium christianorum. Qui intrantes greciam totam terram illam depopulabant acceptis illis castellis et ciuitatibus ualde munitis. Rex uero constantinopolitanus nomine Waldwinus congressus est cum eis a quo primo uicti. in secunda congressione uictus est ab eis. Interea fames

horribilis et in audita inuasit terram vngarie et plures perierunt fame quam antea a paganis. Canes edebant et cattos et homines humana caro publice uendebatur in nundinis. Deinde lupi rapaces et infesti et nemini parcentes. preualuerunt in terra. ita quod uix aliquis auderet de domo sua non armis (*armatus*) procedere. deinde locusta id quod seminatum fuit corrosit. In quindecim dietis in longitudine. et latitudine homo non inueniebatur in regno illo. a natiuitate christi non est tanta plaga et miseria uisa et audita in aliquo regno sicut in vngaria propter peccata eorum. In plaga et post plagam tales erant quales ante fuerunt. Interea ecclesia romana pontifice carebat. et dominus imperator ciuitates et castella romane ecclesie subiugabat. et ceteri redditus eius sibi parebant sed non dum enim longobardi ei subiecti erant. Dominus Eglolfus abbas sancte Crucis obijt. et dominus Pilgrimus substituitur. Fridericus dux austrie et styrie cum magno exercitu occurrit regi vngarie. apud lytam ibique pacificati sunt sine congressione. Moxque cum eodem exercitu transiuit danubium. et intrauit fines morauie. statimque rex Bohemie eo insperato occurrit cum multitudine magna. quo dux comperto fugam inijt et dylapsus est. exercitus eius ab ipso.

Mcc.xliiij. Heinricus rex romanorum in captiuitate patris sui in apulia obijt. relictis duobus filijs. Multi principes alamannie opposuerunt se imperatori et filio eius Cunrado regi romanorum propter excommunicacionem in qua iam diu durauerat. Fridericus dux austrie et styrie uxorem suam filiam ducis de Meran. repudiauit coram Eberhardo episcopo salzpurgensi. et episcopo Rudgero patauiensi. et coram multis alijs viris litteratis et illitteratis Innocencius papa. iiij. pontifex ordinatur sancte romane ecclesie. Multe ciuitates igne domestico consumpte sunt propter siccitatem et sterilitatem que hoc anno inhorruerat. Duci austrie erant

duo

duo adolescentes quos a iuuentute nutrierat in curia sua satis delicate quos eciam tenero amore amauit. contigit autem ut in quodam conflictu ambo vulnerarentur. usque ad mortem. Vnde ipse dux nimis conturbatus compaciens miserie eorum et dolori. quia iam desperati erant a medicis et ab omnibus eciam in supremo spiritu constituti, valde humiliter et cum lacrimis supplicabat fere omnibus uiris spiritalibus in suo ducatu constitutis. ut deum exorarent. qui omnia potest. ut restitueretur adolescentibus sanitas corporis. Promisit eciam carnarium in sancta cruce perficere in ducentis talentis. et cum manu potenti ire contra prutenos. et iusticiam facere omnibus maxime uiris spiritalibus. et omnia que iniuste possederat. a morte patris sui restituere dominis suis. quem deus omnipotens propter bonitatem suam et deuocionem ducis exaudire dignatus est. restitutique sunt statim adolescentes sanitati. quod ipse pro magno miraculo habuit. dein ualde largam elemosinam multis largitus est.

Mcc.xlv. Innocencius papa. iiij. vrbem reliquit. Lugdunum intrauit. propter discensionem que inter ipsum et Fridericum imperatorem fuit. Fridericus dux austrie et styrie. vij. kalendas Februarij. infra castrum Steuze et ciuitatem La. cum bohemis conflixit et uictor extitit multis ex illis occisis. ampliusque quam. cc^tis. de melioribus captiuatis gloriose ad propria redijt. Eodem anno predictus dux austrie et styrie. Verone imperatori. infra pentecosten. et natiuitatem sancti Iohannis baptiste gloriose. et amicabiliter occurrerat a quo honorifice susceptus et breui tempore secum commoratus in austriam reuersus. regnum quod se adepturum sperauerat minime adeptus est. Heinricus lantgrauius dvringie papa procurante regnum inuasit.

Mcc.lxvj. Tercium bellum Friderici ducis austrie et styrie ac carintie. (*Carniola*) contra belam regem vngarie. xvj. kalendas Iulij. In quo bello cum gloriosam victo-

victoriam de hostibus adeptus fuisset. paucis de suis. multis uero de aduersarijs prostratis et captis. ipse Fridericus dux occisus est. Octaua die mater sua Theodora ducisa *(Ducissa)* austrie moritur. Eberhardus pie memorie venerabilis archiepiscopus Salzburgensis. pridie. kalendas. Decembris. obijt. Gerdrudis predicti Friderici fratris filia duxit maritum filium regis bohemie quo in breui mortuo. regina sueuie Margareta amica predicte Gerdrudis et vxor Heinrici regis romanorum. austriam ingreditur. Heinricus lantgrawius duringie. obijt.

Mcc. xlvij. Sanctus Emundus claruit uirtutibus multis. Otto comes de Eberstaein de mandato imperatoris austriam intrauit. ut eam medio tempore ab hostibus tueretur seditque in ciuitate wienna. Sub eodem comite facta est discordia inter ministeriales austrie qui alternatim bona propria rapinis et incendijs deuastauerunt.

Mcc. xlviij. Hermannus marchio de Paden austriam intrauit auxilio ducis bawarie et cum Gerdrude filia ducis Heinrici qui fuit filius ducis Leupoldi qui sepultus est in campo lyliorum contraxit. que prius habuit iuuenem Regem bohemie. Hermannus marchio de paden uoluit esse dux austrie. sed non ualuit. Felix abbas sancte Marie scotorum wienne. obijt. cui successit Philippus qui auctoritate domini Petri capucij dyaconi Cardynalis per alamanniam apostolice sedis legati a domino Vlrico Sekowiensi episcopo munus benedictionis accepit.

In membrana, paris ætatis, Codici illigata, sequentia adscripta sunt. Mcc. xlviij. „ Gerdrudis relicta. filij regis „ bohemie nupsit marchioni de paden qui cum quibus- „ dam socijs et compatriocis suis et quibusdam austra- „ libus in Neuenburch militauit. Idem Marchio statim „ ut austriam intrauit ad nutum vxoris sue aspirauit „ et subiugandum sibi terram. et ut assequeretur quod

„ uolu-

„ uoluit. asciuit sibi quosdam ministeriales. qui inia-
„ bant rapinis qui non solum extraneis sed etiam in-
„ colis ciuitatum et uillarum in subrepcione rerum
„ ipsorum dampna plurima intulerunt rapinis et incen-
„ dijs terram deuastantes. Eo tempore orta est dissen-
„ sio inter regem bohemie et filium suum qui vtrobi-
„ que asciuerunt sibi ministeriales austrie et totam ter-
„ ram bohemiam multa strage demoliti sunt. Otto co-
„ mes de eberstein uidens se non posse defendere ter-
„ ram austrie ab insultibus hostium cum quibusdam mi-
„ nisterialibus et ciuibus utriusque terre ad imperato-
„ rem repedauit ueronam. sperans ab ipso suscipere ne-
„ potem suum filium domine. Margarete regine nomi-
„ ne Fridericum in principem terre austrie sed cum
„ socijs suis spe frustratus est. et in austriam non est re-
„ uersus. „

Mcc. xlix. Hermannus marchio de paden uocatus eciam dux austrie wiennam obtinuit et alias ciuitates. Domina sua filium genuit qui uocatus est Fridericus.

In membrana superius indicata. Mcc. xlix. „ Otto co-
„ mes filius comitis cunradi de hardekke et quidam
„ ministeriales austrie fauentes seniori rege (*regi*) bo-
„ hemie occupauerunt dolo ciuitatem Znoym que fuit
„ filij sui regis iunioris et rapinis et incendijs eam pe-
„ nitus destruxerunt. uiduas. vxores. et virgines humi-
„ liantes. „

Mcc. l. Rudgerus uenerabilis patauiensis episcopus depositus est de sede episcopatus sui. Bertoldus frater Episcopi Ratisponensis ordinatur pro eo. Fridericus imperator in lumbardia obijt. Hermannus de paden dux austrie obijt. Bela rex vngarie cum infinito exercitu intrauit terram austrie. propter stragem quam pincerna de habspach et Pruzlones et complices Marchionis de Paden intulerant finibus vngarie et coram episcopis et baronibus suis qui cum eo uenerant. iu-

 rauit

rauit ſe nunquam in terram ſuam uelle reuerti. niſi prius totam auſtriam rapinis et incendijs et diuerſis cladibus deuaſtaret. et quia inſtabat meſſis meſſores qui ubique ſparſi erant in agros ad meſſem crudeli nece et in audito cruciamine iuſſit enormiter occidi. Mulieres denudate uim paſſe mamillis preciſe quod turpe eſt dictu ab ipſis tortoribus ei ſunt preſentate. ſuper quas nulla humanitate motus eſt. Eccleſie deſtructe ſunt incendijs cum hominibus qui in auxilium proteccionis illuc confugerant deuaſtate ſunt. ita quod in numero eorum qui flammis ſuffocati ſunt in vna eccleſia parochia una cum ſacerdote qui motus miſericordia in vltimo mortis articulo uiaticum ſalutis ſingulis porrexerat cum paruulis. uiris et mulieribus. ad. iiij$^{or.}$ milia et amplius occubuerunt. exceptis alijs cladibus que in alijs eccleſijs et loculis ſine numero inaudito cruciamine a barbaris acciderunt. Sed pietas diuina que cum irata fuerit nouit miſereri et parcere. mediante rege bohemie per inter nuncios hanc cladem peſtiferam intercepit. quod facere iuramento Bela decreuerat ad finem per ducere non permiſit. vnde cum omni ſuo comitatu eſt reuerſus. Eodem tempore non longe poſt ſtragem predictam. Marchio ducatu quorumdam et complicum ipſius inuaſit. Chunringenſes et ciuitatem Egenburch et in caſtrum ibidem et in fines adiacentes.

Mcc.lj. Clerici interficiebantur paryſius a paſtoribus. Eodem anno Otacharus filius regis bohemie auſtriam intrauit de conſenſu nobilium et ciuium. terram et ciuitatem wiennam obtinuit et duxit in vxorem Margaretam quondam romanorum reginam. filiam ducis Leupoldi qui iacet in campo lyliorum. Innocencius papa ab exilio reuertitur. Bertoldus in epiſcopum conſecratur. prage.

Mcc.lij. Supra dictus Otacharus ſubiugauit ſibi totam auſtriam. auxilio patris ſui. et auxilio quorumdam nobilium de auſtria. Item vngari uaſtauerunt auſtriam

uſque

usque Tulnam rapina et incendio. nullo resistente. infantes. mulieres. et uiros in captiuitatem duxerunt. et innumerabiles occiderunt. Claustra incendijs et rapinis uastauerunt. ecclesiam Medlich que est in foro incenderunt. in qua referunt perisse mille quingentos homines. Illo tempore fregerunt ecclesiam in Walthersdorf quam dolo ceperant et multos interfecerunt. Tercia feria post pascha Libera ciuitas exusta est ita ut nec vna domus esset residua. multi eciam homines interierunt incendio. plures vero oppressi a turba atque conculcati pedibus fugiencium mortui sunt. Fames preualuit in terra ita ut modius uenderetur. xj. talentis. et multi fame perierunt. quia in aliquibus locis sola metreta daretur pro tribuo solidis. Ducissa de Medlich duxit regem Ruscie in contumeliam amice sue. ducisse austrie.

Mcc. liij. Rex ruscie relicta vxore redijt ad terram suam. Rex bohemie Wenzeslaus obijt. Bertoldus patauiensis episcopus obijt. Dominus Otto de lonsdorf eligitur. Otto dux bawarie obijt. Cunradus Chamber et Chriegeler ad mandatum ducis austrie decollati sunt et sepulti in Geraus.

Mcc. liiij. Bela rex vngarie et Otakarus rex bohemie et dux austrie. reconciliantur in posonia post pascha. Cunradus rex filius imperatoris. Friderici obijt. Messis et vindemia satis male fuerunt hoc anno. Otakarus rex bohemie et dux austrie cum multo comitatu profectus est versus Prusciam circa natale domini. qui superatis omnibus et fidem christi spondentibus reuersus est in terram suam. Eodem anno. Idibus Iunij. sabbato post festum sancte trinitatis tempore uigiliarum facta est coruscacio ingens. in Pungartenberge horreum vnum et domus utensilium uasorum sed ad uinum aptorum et alia eiusdem generis armamenta fulmine repentino consumpta sunt. Hoc anno Otakarus rex bohemie et dux austrie assignauit Bele regi vngarie

Styriam. Idem dux captiuauit quosdam nobiles ob ipsorum maliciam. ex quibus duos iussit decollari scilicet illum de Ekartsauue et quemdam nomine Eberanum. Eodem anno fuit magna sterilitas per plures terras in vino et frumento. Ludowicus rex francorum reuersus est a terra sancta.

Mcc.lv. Innocencius papa iiij. obijt. cui successit Alexander. iiij. papa. Cunradus prepositus (*in margine* Neunburgensis) obijt. pro quo Nycolaus.

Mcc.lvj. Palatinus frater ducis bawarie interfecit vxorem suam. nomine Mariam indebite in castro quod dicitur Swebiswerde. et vna de nobilibus puellis eius precipitatur de castro. et statim in tempesta noctis delate sunt et mane honorifice tradite sunt sepulture ambe ad monasterium sancte Crucis. quod adiacet idem castro. et in capitulo ducissa. ante fores eius puella.

Mc.lvij. Canonici Salzburgenses opposuerunt se domino philippo electo eiusdem ecclesie filio ducis karinthie. et dominum Vlricum Sekowiensem episcopum postulauerunt. quem dominus Alexander. papa. iiij^us. domino Philippo deposito. consecrauit. Heinricus babenbergensis. episcopus. obijt.

Mcc.lij. Dominus Cůnradus frisingensis episcopus. obijt. Dominus Rudgerus patauiensis episcopus depositus est. obijt. Nycolaus pragensis episcopus obijt. cui successit Iohannes episcopus. wienne consecratus est eodem anno. In secunda vespere Afre in nocte exusta est magna pars ciuitatis wienne ita quod ecclesia parrochialis cum campanis et domus teuthunicorum. et domus sancti Iohannis in hospitali. et predicatorum ab igne consumarentur licet vltra dimidium.

Mcc.lix. Stephanus iuuenis rex vngarie potenti manu armata et multitudine cumanorum styriam et karinthiam intrans incendijs et homicidijs heu deuastauit multosque captiuos secum in vngariam duxit. Eodem anno in die sancti Gregorij pape. electus est dominus

minus Sifridus in abbatem in sancta cruce. et in annunciacione in Zwetel ab Ottone patauiensi episcopo consecratur. Otakarus rex bohemie. et dux austrie. Styriam quam Rex vngarie octo annis occupatam detinuerat. liberauit et recuperauit.

Mcc.lx. Factus est terremotus nocte. Hoc anno tartari multa mala fecerunt in Pruscia. Contra quos congregati sunt fratres de domo teutonicorum in die sancte Margarete simul pugnantibus occisi sunt fratres teutonicorum plures quam centos. et de familia eorum plures. sed laudabiliter tamen occisi. quia tartari ipsis cesserunt. Eodem anno commissum est prelium cum tartaris transmarinis partibus et multi tartari occisi sunt. Hoc anno intrauerunt vngari austriam et accurrerunt eis quidam de austria. sed heu pugnantibus eis. occisi sunt duo fratres comites de Hardek Otto et Cůnradus. et Crafto de Sleuntz. et Kadolfus orphanus in die sanctorum Iohannis et Pauli. Postea uenit cum magno exercitu. Rex vngarie et filius eius Stephanus iuxta fluuium Marcham. contra quos uenit Otakarus rex bohemie. et dux austrie et in die sancte Margarete cum pax esset inter eos die illo. transiuit exercitus regis vngarie Marcham fluuium et commiserunt prelium. Tunc adiutorio omnipotentis dei a quo omnis uictoria. Rex vngarie deuictus relictis tentorijs et omnibus alijs rebus cum filio suo Stephano fugit in vngariam. occisis de parte sua bene decem et octo milibus uirorum exceptis in Marha flumine submersis. quorum numerus scire (*sciri*) non potuit. et omnia abstulit exercitus ducis austrie. Illo tempore facta est pax inter ducem austrie et regem vngarie. et terra styrie que a rege vngarie fuerat detenta propter bonum pacis reddita est duci. Pace itaque inita super obseruacione eius dati fuerunt obsides Regi bohemie. iiij$^{or.}$ comites uidelicet et pena fuit addita. ut quecumque pars ueniret contra formam pacis. domino apostolico solueret. x. milia marcarum argenti. quam formam

 om-

omnes archiepiscopi et nobiles vngarie iurauerant inuiolabiliter obseruare. et pars aduersa super obseruacione huiusmodi prestitit iuramentum. Ante commissionem uero belli rex bohemie super marcham cum. c. et. xviij. militibus gladio militari se precinxit tempore expedicionis uidentibus vngaris. Oniel rex hybernie occisus est. cui successit frater suus in regno.

Mcc.lxj. Hoc anno orta est publica penitencia per multas prouincias. que pro magno miraculo habebatur. Multi homines pauperes et diuites. Ministeriales, Milites. Rustici. Senes et iuuenes ibant nudi a cingulo et supra. et caput totum texerant cum linco panno portantes secum uexilla et ardentes candelas et flagella in manibus. quibus se quidam percuciebant usque ad effusionem sanguinis. et cantabant deuotos cantus. et ibant de prouincia in prouinciam. de ciuitate ad ciuitatem. de villa in villam, de ecclesia ad ecclesiam. quod uidentes multi compuncti sunt et flebant. ponebant se eciam prostrati toto corpore ad terram nudi uel in niuem uel in lutum. In hac penitencia comparuit quisque. xxxiij. diebus. bis in die mane et vespere. Eodem anno facta est eclypsis solis circa horam terciam in octaua annunciacionis. que tunc vj. feria habebatur. Alexander papa iiij. obijt. cui successit Vrbanus papa iiij. qui fuerat ante patriarcha iherosolomitanus. sed post obitum Alexandri pape. sedes quatuor mensibus uacabat. et tunc in die decollacionis sancti Iohannis baptiste idem Vrbanus electus fuerat. qui eodem tempore. xiiij. creauit cardinales. Eodem anno Otakarus rex bohemie et dux austrie et Styrie repudiauit uxorem suam. Dominam Margaretam filiam Leupoldi ducis austrie. que prius fuerat uxor regis Heinrici qui erat filius Friderici imperatoris. Post hec prefatus rex bohemie duxit aliam vxorem neptem Bele regis vngarie. Pie memorie Sifridus abbas sancte Crucis obijt in octaua sancti Michaelis. que tunc fuit v^{a} feria. Predictus rex bohe-

bohemie Otakarus cum domina chunegunde in ciuitate pragenſi ab archiepiſcopo moguntino. in regem eſt conſecratus et ibidem coronatus. tempore natiuitatis. domini.

Mcc.lxij. Hoc anno dominus Heinricus factus eſt abbas in ſancta Cruce in die Mauri abbatis. que tunc dominica habebatur. et in die aſcenſionis domini conſecratus. Fratres de domo teutonicorum et alij chriſtiani congregati ſunt contra prutenos. et adiutorio dei uictoriam optinuerunt. Rex ſtephanus oppoſuit ſe patri ſuo regi Bele vngarie. Facta eſt bis eclypſis lune. prima eclypſis facta eſt in quadrageſima poſt ortum lune. cum ad huc parum diei ſuper eſſet. ſecunda eclypſis lune facta eſt nocte illa que precedit in vigilia ſancti Egidij abbatis. ſed et tunc in ortu diei recepit lucem amiſſam. Item eodem anno ciuitas wiennenſis tota eſt exuſta in die ſancti Vitalis martyris ita quod uix decima pars eius inuſta permanſit. et hec circa ſcothos. et omnes capelle ciuitatis cum parochiali eccleſia excepto monaſterio ſcothorum et eccleſie (*eccleſia*) minorum. et ſancte Marie in littore ſunt exuſte. Eodem anno fere omnes ciuitates et uillas auſtrie et morauie ſunt incendio deuaſtate. Hoc anno tanta kariſtia facta eſt quod modius tritici pro decem talentis uendebatur.

Mcc.lxiij. Item facta eſt eclypſis lune. vj. kalendas Marcij. poſt ortum lune cum adhuc pars diei ſupereſſet. Maxima fames uiſa et audita eſt per totam auſtriam et vngariam et bohemiam et morauiam. qualis antea raro uiſa fuit et durauit uſque ad meſſem. Hoc anno rex bohemie Otakarus aſſignauit conuentui ſancte Crucis quemdam locum in bohemia conuenienter aptum et ſpacium multum ad conſtruendam abbaciam que dicitur ad ſpineam coronam. in diebus illis ad peticionem regis. vj^a. feria infra octauam paſche que tunc habebatur. viij°. Idus aprilis miſſus eſt conuentus a ſancta Cruce ad predictum locum. cum uenerabili uiro abbate Heinrico. qui fuit

fuit quondam abbas sancte Crucis. Ipso anno fuit eclypsis solis. Dominici confessoris. post meridiem. Hoc anno fuerunt vindemia fertilissima. Dux Karinthie cum domina agnete filia Hermanni ducis haustrie contraxit. Item hoc anno iuuenes marchiones de myssina in bello captiuauerunt ducem de prunswich et alios multos nobiles de saxonia cum eo.

Mcc.lxiiij. Apparuit stella una que dicitur cometa que uisa est bene lxxx. diebus. a se proiciens radios tamquam ignis. Cometes grece dicitur. eo quod comas luminis ex seipsa fundat. Iuuenis rex vngarie Bela contraxit cum filia marchionis Brandenburgensis ob cuius honorem rex bohemie Otakarus avvnculus suus maximum festum in campo. qui vizze dicitur celebrauit. uocatis ad hec multis principibus de partibus diuersis. cum quibus expensas fecit infinitas. Bela autem confirmato matrimonio dominam secum abduxit. Item eodem anno Barones anglie opposuerunt se regi anglie Heinrico et filijs suis Edewardo Edemundo et Richardo regi romanorum. et ante lundonias ciuitatem assumpto pro capitaneo Comite de monte forti gallico. contra predictos reges victoriam obtinuerunt. ubi M. c. proborum uirorum sunt occisi. et omnes iudei tam uiri et mulieres et paruuli. eo quod regi in auxilium magnam pecuniam. a baronibus sunt occisi. Item eodem anno Vrbanus papa. iiij^us. in perusio. vj°. Nonas Octobris. obijt. et sedes post eius obitum. xix. septimanis vacauit. in die uero beate Agathe creatus est in papam dominus archiepiscopus Narbonensis. nomine Clemens iiij.

Mcc.lxv. Comes Karolus frater regis francie in regem sicilie et senatorem vrbis eligitur.

Mcc.lxvj. Mortuus est dominus Otto episcopus patauiensis. pro quo electus est concorditer dominus dux polonie padue tunc existens. cuius electionem confirmauit dominus papa. quia placuit ei et cardinalibus. domi-

mi-

num Vlodiflaum fupradictum effe archiepifcopum Salzburgenfem archiepifcopatui digne preficitur. pro quo tunc magifter Petrus in epifcopum patauienfem eligitur. et a domino papa confirmatur. Rex bohemie eodem anno Myffauarium et Benifium. et dominum Milotum fratrem eiufdem redegit in captiuitatem in qua Myffauarius eft mortuus et Benifius. et illo anno idem rex incepit in auftria multa caftra deuaftare. Item rex Karolus vna cum vxore fua follempniter rome proxima poft epyphaniam domini. Dominica coronatur. Deinde collecta innumerabili multitudine militum et aliorum Menfridum principem apulie in bello campeftri deuicit. et eodem Menfrido perempto Rex Karolus manu ualida apuliam inuadit et occupat.

Mcc.lxvij. Anno domini quo fupra. Otakarus rex bohemie illuftris manu ualida bawariam intrauit ufque in Ratifponam cum. x. milibus militum et alia innumerabili multitudiue ad arma per optime expeditorum. vbi eciam habuit cc. milia curruum honeratorum cum expenfis. quibus exercitus plurimum indigebat. quia in tantum terra illa ante introitum regis fuit deuaftata quod uolatilia non reperiebant folitum uictum. et fic idem rex occupatis quibufdam caftris firmiffimis cum compleuiffet fpacium unius menfis ftando in terra. et nullus aduerfariorum compareret qui cum perituros fe fpoponderant. ad propria eft reuerfus. Eodem anno factus eft terremotus in Styria ut caftrum Chynberch corrueret et ecclefie tremerent in tantum ut campane fonarent. Miffus eft a latere domini Clementis pape quarti pontificatus eiufdem anno tercio ad partes dacie et alamanie Reuerendus pater dominus Gwido. item fancti Laurencij in lucina prefbiter Cardinalis apoftolice fedis legatus. ut ibidem legacionis officio fungeretur. ad perpetuam rei memoriam. Qui ad ciuitatem wiennenfem omnes Epifcopos de prouincia Salzburgenfi et prelatos conuocauit ibique feria tercia poft fe-

 ftum

ſtum ſancti Iohannis ante portam latinam ſollempne concilium celebrauit. renouans conſtituciones diu abolitas.

Litteræ encyclicæ ſynodales Cardinalis Guidonis ex Concilio Viennenſi.

Poſtquam deus formauit hominem ad ymaginem et ſimilitudinem ſuam. et in etate uirili. cum ipſo eciam ius naturale produxit. Iuris enim naturalis origo a creature racionalis cepit exordio. qui quidem ad diſponendum omnem mundi naſcentis et temporis motum ſufficeret. ſi non ſibi mortem quam deus non fecit racionalis creatura proprijs manibus et pedibus queſiuiſſet. Hec iuris inſtituta primeui protinus iuſticia poſitiua ſubſequitur ab eodem regulariter auctore procedens. que ſub mortis interminacione morſum pomi noxialis prohibuit. qua prohibicione contemta tanta malediccionis ſententia prodijt ab auctore. ut non tantum ulcio fieret. in actores ſcelerum uerum eciam in progeniem dampnatorum. Ex hinc uſu hominum exigente et dominio rerum introducto quod iuris primeui regula neſciebat ex humanis neceſſitatibus quedam ſibi homines iura condiderunt. Tradite eciam ſunt a domino per moyſen iuſticie leges. cuius ſingulis pene ſyllabiſ chriſtus includitur. deinde prophete ſubſecuntur et reges qui chriſti preconia euidenciore ſermone deſcribunt. donec temporis plenitudine ueniente impleta ueritate figuriſque ceſſan tibus rex noſter in eternum iura manſura diſpoſuit. Date ſunt enim Petro claues perpetue a quo tocius iuris eccleſiaſtici pulchritudo manauit. que ad ſingulas prouincias ob uindictam in nacionibus. et increpaciones in populis faciendas nunc per ſummorum pontificum. nunc per ſedis apoſtolice legatorum ſtatuta tamquam per quoſdam riuulos diriuantur ut hominum cottidie creſcente malicia et effrenata cupidita te que noua letigia generare non ceſſant ſub diſtruccione iurium coarctatis diſcant honeſte uiuere alterum non ledere ius ſuum unicuique tribuere. Hinc eſt quod

cum

cum ſanctiſſimus in Chriſto Pater et dominus noſter Clemens papa. iiij. ad Salzburgenſem prouinciam et ciuitatem. et dyoceſin Pragenſem cum plene legacionis officio nos duxerit tranſmittendos. officij noſtri debitum libenter exequimur euellendo. euellenda. plantando plantanda. recta regendo et dirigendo ſalubriter indirecta. verum quoniam expedit ad profectum et robur fidei chriſtiane. ut ſacramenta eccleſie in quibus tamquam in uaſis medicinalibus populus deuotus et humilis antidotum gracie recipere conſueuit in honore et reuerencia ab hominibus habeantur. cum ea plerumque contingat effici uilia propter uilem et abominabilem miniſtrorum eccleſie conuerſacionem. Vniuerſis perſonis eccleſiaſticis prouincie Salzburgenſis. et ciuitatem et dyoceſin Pragenſem. diſtincte precipimus. ut in uictu geſtu. et alijs operibus ac circumſtancijs ſtatus ſui ſic honeſte ſe habeant et decenter ne propter ipſos nomen eccleſiaſticum inter laycos plaſphemetur. Eiſdem in primis diſtriccius in hibentes ne de patrimonio crucifixi inimicos ſe faciant crucis chriſti. ſicut illi quorum deus uenter eſt. qui terrena ſapiunt et non diuina. In conviuijs ſuis modeſtiam et mediocritatem obſeruent ſuperfluitatem indebitam reſecantes. ebrietatem omnium uiciorum fomitem et nutricem deuitent. Prelati uero a grauaminibus ſuorum abſtineant ſubditorum. et maxime cum eccleſias uiſitant moderentur expenſas. coherceant euecciónum numerum. prout in generali concilio extitit diffinitum. Preſentis ergo concilij aprobacione precipimus. ut clerici continenter et caſte uiuere ſtudeant. quatenus puro corde et mundo corpore deo poſſint in officio eccleſiaſtico miniſtrare. Si qui uero de cetero deprehenſi fuerint. detinere publice concubinas nec infra menſem ſe ab eis et earum conſorcio ſeparauerint. ita quod in eorum domibus aut proprijs aut alijs quibuſcunque non cohabitent nec ad illas accedant ex tunc omni beneficio eccleſiaſtico ſint priuati. et per eos ad quos predictorum

beneficiorum ſpectat collacio. perſonis ydoneis conferantur. Item cum in quibuſdam locis iniquitas quorumrumdam inualuerit Laicorum quod in rebus eccleſie furtum reputatur ſagacitas. rapina probitas, et uiolencia fortitudo. Synodali iudicio diffinimus. ut qui bona eccleſiarum ſcienter detineant occupata. niſi infra inſtans feſtum beati Iohannis baptiſte eadem reſtituerint. et de dampnis ac iniurijs ſatis fecerint competenter. ex tunc introitum eccleſie ſibi nouerint interdictum. nec ab epiſcopis aut alijs eccleſiarum prelatis ad communionem dominici corporis admittantur. Qui uero obſtinata mente dum uixerint ſatis facere non curauerint nullus Clericus ſecularis uel regularis ipſorum ſepulture intereſſe preſumat. Adicientes ut ſingulis annis in ſynodo illi qui clericos capiunt uerberant uel occidunt. aut alias in ipſos manus iniiciunt uiolentas. excommunicati denuncientur. et nominatim illi de quibus conſtiterit manifeſte. Quicunque uero perſonam eccleſiaſticam enormiter vvlnerauerit mutilauerit uel occiderit aut captiuauerit. non niſi per ſedem apoſtolicam abſoluatur. et ipſo facto ſi quid tenebat ab eccleſia illud perdat. et in utilitatem eccleſie conuertatur. Adicientes quod in illa Dyoceſi in qua aliquem Canonicum cathedralis eccleſie uel in dignitate eccleſiaſtica conſtitutum capi contigerit uel captum detineri uſque ad liberacionem ipſius et exhibicionem debite ſatiſfaccionis ceſſetur generaliter a diuinis. Similiter et in illa parrochia in qua res Clericorum violenter ablatas detineri. uel Clericos ipſos capi contigerit. uſque ad reſtitucionem et ſatiſfaccionem congruam a diuinis ceſſetur. Item cum detentores plurium perſonatuum uel dignitatum ſeu beneficiorum cum cura ſine diſpenſacione ſint ſacrorum canonum tranſgreſſores et fructus talium beneficiorum percipiendo furtum committere dinoſcantur preſenti decreto ſtatuimus. ut omnes qui huiuſmodi dignitatum. perſonatuum ſev beneficiorum cum cura pluralitatem detinent illi qui ſunt de

de prouincia Salzburgensi secum super hoc dispensatum esse infra instans festum sancti Iohannis baptiste. Coram venerabili patre dei gracia electo Salzburgensi. doceant manifeste alioquin ex tunc ultimo recepto beneficio sint contenti et alia que prius habuerunt per eos ad quos dictorum beneficiorum pertinet collacio personis ydoneis conferantur. si uero utrumque retinere contenderint nos ipsos et primis et vltimis ex tunc decernimus manere priuatos.

Item cum leuitis et personis ecclesiasticis iure diuino decime debeantur. dolentes referimus. quod quorumdam laycorum cupiditas ius huiusmodi quod sibi deus in signum generalis dominij retinuit nititur abolere. et pro sua uoluntate de hijs que ad ipsos non pertinent aliter ordinare. imo pocius de ordinare presumant. quasi a se iugum diuini seruicij uelint excutere: quod in baptismate sint professi. Huius igitur approbacione concilij districte precipimus. ut iuxta laudabilem consuetudinem patrie decime tam antique quam eciam de noualibus maiores et minute plenarie persoluantur. nec liceat alicui layco nobili uel ignobili cuiuscunque dignitatis uel principatus existat sibi decimas maxime de noualibus eciam minutis usurpare. Alioquin si contra fecerit se ab ingressu ecclesie usque ad satisfaccionem condignam nouerit esse suspensum. Item dolentes referimus. quod quidam salutis sue immemores et prodigi fame sue. tam clerici quam layci per Salzburgensem prouinciam constituti vsuras et vsurarios contractus exercere presumunt. ad quorum cupiditatem salubriter refrenandam statuimus. ut ipsi super hec in hoc sacro consilio premoniti a talibus abstineant alioquin nos ipsos excommunicamus in scriptis. et ter in anno uidelicet in cena dominj. In Assumpcione beate uirginis. et in Natiuitate domini. per Plebanos et maiores suos precipimus in locis suis excommunicatos publice nunciari. Clerici vero beneficiati qui per tempus trium men-

menſium ſententiam excommunicacionis ſuſtinere preſumpſerint animo indurato. per ſuos dyoceſanos ſuis beneficijs ſpolientur. et perſonis ydoneis per illos ad quos dictorum beneficiorum ſpectat collacio conferantur. ſaluis alijs penis contra uſurarios editis ſecundum canonicas ſanctiones. Item ordinamus atque ſtatuimus ut clerici et eccleſiaſtice perſone tam ſeculares quam regulares prelatorum ſuorum correctiones legittimas debita humilitate ſuſcipiant et ſi qui ex eis hac occaſione contra correctores ſuos auxilium brachij ſecularis inuocauerint uel potentum preces armatas inpetrauerint uel inpetratis uti preſumpſerint a ſuis beneficijs deponantur. Ipſis quoque prelatis diſtriccius inhibemus ne pueris minoris quam. xviij. annorum etatis dignitates perſonatus ſeu beneficia curam animarum habentia conferre preſumant, uel ad ipſa percipere preſentatos. niſi ſuper hoc cum eis a ſede apoſtolica vel ab eius legatis extiterit diſpenſatum. Ad aures peruenit noſtras per clamoſam inſinuacionem multorum. quod patroni eccleſiarum tam clerici quam layci aduocati et iudices et precones bona decedencium clericorum occupant et uſurpant. uolentes ſibi ab inteſtato ſuccedere pro ſue uoluntatis arbitrio non iudicio racionis. Quare proinde duximus ſtatuendum. ut patroni Eccleſiarum et alij ſupradicti a talibus de cetero abſtineant. et niſi abſtinere uoluerint quouſque ſic ablata reſtituant. excommunicacionis uinculo innodentur. Item diſtriccius inhibemus. ne aliquis clericus Eccleſiam parrochialem a layco Patrono recipere audeat niſi ab ipſo epiſcopo uel archidyacono fuerit inſtitutus. alioquin ab officio et beneficio ſe nouerit eſſe ſuſpenſum. et laycus qui auctoritate propria inſtituere preſumpſerit ipſo facto a iure cadat patronatus. Adicientes ut nullus patronus clericus uel laycus dotem eccleſie in qua ius obtinet patronatus alienare preſumat. quod ſi contra fecerit ipſo facto a iure cadat patronatus. et res alienata ad ius et

pro-

proprietatem ecclesie reuertatur. Item ordinamus atque statuimus ut prelati et curam animarum habentes in suis ecclesijs corporaliter resideant. et ad hoc a suis episcopis per subtraccionem fructuum compellantur. nisi causa legitima se potuerint excusare. Item cum clamosa insinuacio nostrum percusserit auditum. et animum quod abbates et monachi ordinis sancti Benedicti in quam pluribus locis ab obseruancia sancte regule temere recedentes uitam nimis dissolutam ducere non uerentur. in suarum animarum periculum et scandalum plurimorum uolentes igitur ut contra huiusmodi corruptelam salubre remedium apponatur. Vniuersis episcopis Salzburgensis prouincie. ac episcopo Pragensi. districte precipimus. ut quilibet ipsorum intra dimidium annum assumptis secum duobus abbatibus ordinis cystercienfis. omnia claustra nigrorum monachorum sue dyocesis nisitet. corrigat et reformet tam in capite quam in membris. Illis tamen exceptis. qui Romane ecclesie nullo medio subesse noscuntur. quos per nos uel per alios a nobis specialiter ad hoc deputandos. intendimus uisitare. prohibemus eciam abbatibus ne Calices uel patenas seu sacras uestes benedicere uel consecrare vel alia episcopalia officia exercere presumant. nisi super hoc a sede apostolica priuilegium habuerint speciale. Item cum in tantum insolencie. Iudeorum excreuerint. ut per eos in quam pluribus christianis iusticia et puritas catholice sanctitatis dicatur infici non tam noua condentes quam summorum pontificum statuta uetera renouantes. districte precipimus. ut Iudei qui discerni debent in habitu a christianis. Cornutum Pyleum quem quidam in istis partibus consueuerunt deferre et sua temeritate deponere presumpserunt resumant. ut a christianis discerni ualeant euidenter. sicut olym in generali concilio exstitit diffinitum. Quicumque autem Iudeus sine tali signo deprehensus fuerit incedere a domino terre pena pecuniaria puniatur. Addicientes. ut iudei

iudei Sacerdoti parrochiali infra cuius parrochie terminos manserint. pro eo quod loca in quibus christiani manere deberent. occupant iuxta quantitatem dampni quod ei ex hoc inferunt ad arbitrium. Dyocesani omnes prouentus loci quos a christianis si ibidem manerent. sacerdos perciperet refundere compellantur. decimas eciam prediales cum omni integritate persoluant. Prohibemus insuper. ne stubas et balneares seu tabernas christianorum frequentare seu intrare presumant. nec seruos nec ancillas aut nutrices seu queque christiana mancipia die nocteue in suis domibus retinere presumant. nec ad recipiendum theloneum seu ad alia publica officia aliquatenus admittantur. Si quis uero iudeus cum aliqua christiana fornicacionis uicium deprehensus fuerit commisisse quo ad usque decem Marcas ad minuas pro emendacione soluerit districto carceri mancipetur. et mulier christiana que tam dampnatum coitum elegerit. per ciuitatem fustigata de ciuitate sine spe redeundi penitus expellatur. Item omnibus christianis istius prouincie et ciuitatis Pragensis et eiusdem Dyocesis sub pena excommunicacionis districcius inhibemus. ne Iudeos uel iudeas secum ad conuiuendum recipiant. uel cum eis manducare uel bibere audeant. aut eciam cum ipsis in suis nupcijs uel neomenijs uel ludis saltare uel tripudiare presumant. nec christiani carnes uenales seu alia cibaria a iudeis emant. ne forte per hoc Iudei christianos quos hostes reputant fraudulenta machinacione uenenent. addicientes. ut si de cetero quocumque pretextu. Iudei a christianis. graues seu in moderatas usuras extorserint christianorum participium eis subtrahatur. donec de in moderato grauamine satisfecerint competenter. Vnde christiani si opus fuerit per censuram ecclesiasticam compellantur ab eorum commercijs abstinere. Principibus autem iniungimus. ut propter hoc non sint christianis infesti. sed pocius a tanto grauamine. Iudeos

stu-

ſtudeant cohibere. Si uero ſacramentum altaris ante domos Iudeorum deferri contigerit. ipſi Iudei audito ſonitu preuio intra domos ſuas ſe recipiant. et feneſtras ac oſtia ſua claudant. hoc eciam in quolibet die paraſceue per prelatos Eccleſiarum facere compellantur. nec preſumant de fide catholica cum ſimplicibus diſputare. nec filios aut vxores Iudeorum ad fidem chriſtianam ueniencium inuitos audeant detinere. nec chriſtianos ad iudayſmum alliciant. aut aliquo auſu temerario circumcidant. nec chriſtianos infirmos uiſitent. uel circa ipſos exerceant opera medicine. Synagogas non erigant nouas et ſi quis erexerit eas remoueant aut deponant. uetuſtam ſi opus fuerit reficiant non ampliorem nec precioſiorem faciant ſeu eciam altiorem. carnes in quadrageſima quando chriſtiani a carnibus abſtinent et ieiunant aperte uel publice non deportent. Precipimus autem epiſcopis ut ad hec omnia ſeruanda in ſingulis articulis Iudeos per abſtraccionem communionis chriſtianorum compellant. Ipſos quoque principes ac Iudices eorumdem diſtriccius admonemus ne Iudeis huiuſmodi ſtatuta noſtra ſeruare nolentibus alicuius proteccionis ſeu defenſionis fauorem impendant. ſed ſi aliqua eis a prelatis eccleſiaſticis iniungantur. ea fideliter exequantur. Alioquin introitum eccleſie et communionem diuinorum officiorum ſibi nouerint interdictum. Volumus et ſub pena excommunicacionis precipimus. ut dominus electus Salzburgenſis eius que ſuffraganei nec non et epiſcopus Pragenſis has conſtituciones noſtras ſigillo noſtro ſigillatas habeant. eaſque ſingulis annis in ſynodis Epiſcopalibus et in prouinciali concilio faciant recitari. et diligencius obſeruari. et ea que tangunt laycos faciant per parrochiales eccleſias ſuarum dyoceſium publicari. Acta ſunt hec wienne anno domini. M°. cc°. lxvij. IV. Idus menſe Maij. Pontificatus Domini Clementis pape. IV. anno III.

Item eodem anno terremotus factus eſt wienne proxima die poſt Symonis et Iude in media nocte ſiue in preuio galli cantu. Item eodem anno Marcrauius Otto de brandenpurch obijt. Item ipſo anno. Magiſter Gerhardus plebanus de wienne. conſtruxit Clauſtrum monialium wienne. quod porta celi nuncupatur. Eciam illo nitente Epiſcopus patauienſis dominus Petrus predictum clauſtrum conſecrauit. Eodem anno predictus Gerhardus plebanus. Domum leproſorum Wienne in loco qui dicitur Chlagpavm ſuis facultatibus conſtruxit. Eciam uenerabilis epiſcopus patauienſis Petrus preſente domino cardinali Gwidone eccleſiam conſecrauit. Item eodem anno. Bela rex vngarie cum filio ſuo Stephano bellum inijt in quo bello fortiſſimus et ſtrenuiſſimus armorum et bellorum. Heinricus dictus Prauzlo miles de auſtria per manum Stephani regis vngarie traditus. perfidia et dolo cecidit.

Mcc. lxviij. Cůnradus nepos frater imperatoris. a karolo in conflictu deuictus et in caſtro ſe recipiens obſidetur et traditus capitur. et cum Friderico de Baden decapitatur. neapoliſque ſepelitur. Clemens papa obijt. Item rex karolus fratrem regis caſtelle captiuatum eneruans occidit. Sedes romana uacauit. Item ſoldanus Babilonie terram ſanctam uſque ad muros akaron deuaſtauit. municiones per ſuffoſiones et obſeſſiones expugnans milites cruciferorum captiuauit.

Mcc. lxix. Item ſedes romana uacauit. Otto marchio Brandenburgenſis obijt.

Mcc. lxx. Ladizlaus Salzburgenſis archiepiſcopus obijt. pro quo eligitur liber Fridericus de Walhen.

Item Bela filius regis vngarie obijt. Item Bela rex vngarie obijt. Item regina vngarie obijt. Ludowicus rex francie tranſfretare volens in itinere obijt. cum filiolo circa maritimam. ſuique ad propria. reuerſi ſunt. Otakarus rex bohemie cum Stephano rege vngarie per iuramentum utriuſque et epiſcoporum et nobilium fe-

dus

dus amicicie et pacis confirmans. in karinthiam cum nobilium milicia progrediens ibidem castra et municiones quas sibi ligauerat (legauerat) Vlricus dux Karinthie expugnatas possedit. Cui eciam per Styriam uersus austriam redeunti. Rex Stephanus insidias per multos comanos et vngaros obuiam destinauit. ut sic posset eum occidere uel captiuare. quo comperto predictus rex Otakarus per aliam uiam austriam intrauit. Insidie uero sencientes eius euasionem totam terram item nouam ciuitatem et wiennam occisione hominum et capcione. nec non et preda destruxerunt. multam stragem in clericos. matronas. pueros. iuuenes et senes tempore hyemis exercentes. Sedes romana uacauit.

Mcc.lxxj. Otakarus rex bohemie et dux austrie condolens perdicioni christianorum. multas turmas. militum ex morauia et ex austria et de stiria. uersus vngariam destinauit. qui in multis prosperati. multas prouincias vngarie preda et incendio deuastauerunt. Item estate ueniente idem Otakarus rex. collecta armatorum ex austria. Styria. Bohemia. et Karinthia. Saxonia. Polonia. et ex alijs terris. in mensa multitudine vngariam uiolenter ingrediens. castris Tewen et Stampha et alijs quibusdam expugnatis. Posonium in primo impetu expugnat et capit dimittens liberos et illesos inhabitatores eiusdem urbis. ab ipsa vrbe trans danubium ligneum pontem construens. et propugnaculis mvniens confirmauit. Quibus peractis cum toto exercitu suo urbe Posonie uictualibus et armatis munita uersus Tyrna progrediens multas acies trans fluuium Woch (*Wag*) direxit. que usque ad fluuium gran. omnes illas prouincias cum episcopatu Nitra deuastauerunt. quod uidentes episcopus uidelicet eiusdem loci et alij castrenses simul cum urbanis ciuitatis Tyrna. composicionem et proteccionem apud regem Otakarum ob sue pietatis et misericordie compassionem obtinuerunt. eidem fideliter et obedire et adherere promittentes. eo rece-

 dente

dente ab eiſdem terminis ipſi a promiſſo et a fidelitate eius receſſerunt. Ipſe uero cum exercitu ſuo Poſonium rediens. danubium per pontem ligneum tranſiuit. Caſtrum altenburch et ciuitatem Miſenburch obſidens et impugnans cepit. dimittens habitatores illeſos. Altenburch muniuit. Miſenburch deſtruxit. Quibus peractis in eiſdem terminis propter commodum equorum in pratis per dies aliquos requieuit. Rex uero vngarie Stephanus. perdicionem terre et dileccionem ſue gentis timens. Comanorum. Rutenorum. Grecorum. Bulgarorum. Belachorum. Vngarorum. et aliorum ſuarum terrarum habitatorum. in menſa congregata multitudine perſonaliter regi Otakaro et ſuo exercitui occurrere non audens. pugnaciores et forciores ſui exercitus contra regem Otakarum direxit. qui latenter et occulte exercitum regis Otakari mane die quadam uenientes nitebantur expugnare. Sed in ipſo primo irruitu et congreſſu fugam inientes in ſequente exercitu regis Otakari. ſubmerſis et occiſis pluribus uſque tranſ fluuium Ræbniz ſunt fugati. Porro rex Otakarus cum omnibus ſuis armatis. ex eſtu et labore nimium fatigatus. ad caſtra rediens cum curribus et equitibus et preda poſonium eſt tranſ pontem reuerſus. Deinde mane facto ad proprias terras dimiſſis exercitibus poſt ſpacium vij. ebdomadarum. quibus nullo reſiſtente cum exercitu ſuo vngariam uiolenter deuaſtauerat feliciter remeauit. Quod comperiens Stephanus rex vngarie. cuius exercitus propter fugam dilapſus fuerat. xxx. milia hominnm forcium in auſtriam et morauiam deſtinauit. qui ſubito irruentes multas uillas in morauia incendio conſumentes occiſis et captiuatis pauperibus mulieribns et infantulis abductis mox in vngariam redierunt. Rex autem Otakarus abductis et captiuatis compaciens talem admiſit compoſicionem quod dimiſſis captiuatis ſuarum terrarum qui inueniri poſſent. caſtra que in vngaria ceperat et munierat. regi vngarie libere poſſi-

possidenda. Posonium uidelicet et alia quam plurima resignaret. Quod sicut promisit efficaciter adimpleuit. Sedes romana uacauit.

Mcc.lxxij. Gregorius papa eligitur et confirmatur, et indicit in die Philippi et Iacobi. post duos annos concilium se celebraturum. et conuocat omnes principes seculares et religiosos. Item Stephanus rex vngarie obijt. cui filius suus successit. eligitur et coronatur. Interea filius regine de Maeschawe ob inuidiam regis bohemie Otakari ab vngaris occiditur. Rex uero Otakarus commotus uindictam in vngaros et comanos se facturum comminatur. et dum non posset mitigari. vngari cum comanis super terram eius irruentes occisis multis plurimos captiuos abduxerunt. Milites uero regis Otakari in prouincijs vngarie multa spolia acceperunt.

Mcc.lxxiij. Item australes episcopatus locum et castrum Gevrinum capiunt et in eo episcopum quinque ecclesiarum et alios nobiles et diuicias capiunt et castrum vngaris inuitis tenent uiolenter. Item Gurmens capiunt ei igne deuastan* captis et diuicijs abductis. Moraui et australes. Nitra episcopatum capiunt et succendunt. captiuis et diuicijs abductis. Item ueniente estate vngari se simulantes treugas prolongaturos ante auditam responsionem regis bohemie austriam cum. xl. milibus equitum circa morauiam usque La incendio rapina occisione destruxerunt. ipsum dictum regem bohemie apud eundem locum exercitum suum uolentem congregare. inuadentes Vlricum nobilem de durrenholtz in irruitu occiderunt. Sed secundo die adunati exercitus regis bohemie uirtutem timentes fugerunt. Quos rex bohemie cum exercitu suo in secutus dispersos ad dedicionem municionum Posonia. Tyrna. Schafpurch. Tyburtzpurch coartauit et transiens danubium per pontem ligneum usque altenburch peruenit. quod castellum ex pugnans. eiectis incolis suis muniuit. hinc usque Rab perueniens postquam requieuerat exercitus. remeando ca-

 strum

ſtrum Prodeinſtorf et alia plura funditus deſtruxit. Odenburch capiens ſuis muniuit et frigore yemali coactus ad propria remeauit. Item treuge inter chriſtianos et paganos tranſmarinos promiſſe ſunt ad decem annos licet ipſi pagani omnes municiones in tranſmarinis partibus per ſuffoſſuram. et machinamenta et longas obſidiones exceptis duabus expugnauerint. Rudolfus comes racionabiliter eligitur et in regem alamannie conſecratur.

Mcc. lxxiiij. Gregorius papa in lugduno concilium celebrauit Grecos reformauit eccleſie unitati. de papa eligendo ſtatuit. contra uſurarios multa confirmauit. Item contra inuaſores religioſorum locorum et perſonarum plurima edidit. Item procuratoribus et aduocatis formam proceſſus. et numerum ſalarij conſcripſit decimam de rebus clericorum et religioſorum pro expetijt. (a) Item pro recuperanda ſancta terra unum ſterlingum a quolibet homine in trvncum poni mandauit.

Mcc. lxxv. Item in vngaria multa ſpolia et occiſiones nobilium uiciſſim ſunt commiſſa. per regem Rudolfum pacifice gubernatur. tota gens francorum et ſueuorum.

Mcc. lxxvj. Papa Gregorius obijt. cui ſucceſſit Innocencius. Item papa Innocencius obijt. cui ſucceſſit Adrianus. Item papa Adrianus obijt. cui ſucceſſit Iohannes papa. Item Rudolfus rex cum Palatino et epiſcopo moguntinenſe et alijs epiſcopis et principibus pluribus potenter per partes ducatus ducis Heinrici et per patauiam annuente epiſcopo Petro tranſiens circa Welſam et lintzam uenit in auſtriam cum magno armatorum comitatu. rege bohemorum rennuente et premittens palatinum cum armatis per improuiſum irruitum. cepit ciuitatem Neuenburch et clauſtrum. et Wiennam obſidens per reſignacionem regis bohemie accepit. ipſo rege bohemorum cum ſuis ab auſtria recedente. iuramento ſuper

(a) Ita Codex.

per contractibus et treugis ſeruandis preſtito. ſed poſtmodum minime ad impleto. Sciendum tamen quod poſt introitum regis Rudolfi. propter obtinenda caſtra et municiones per auſtriam et ſtyriam et Karinthiam et Carniolam. multe uille ſunt penitus deuaſtate. et nichilo minus exercitus regis bohemie auſtriam tranſ danubium deuaſtauit. et ante compoſicionem auſtrales multa incendia, et ſpolia in bohemia commiſerunt. et econuerſo bohemi in auſtria multa mala perpetrarunt. Cum autem reges ambo cum exercitibus ſuis utraque littora danubij occuparent. Wernhardus de Wolfkerſtorf nocturno inſultu quem fecit. tranſ danubium a bohemis eſt occiſus. Rex bohemie vngaris caſtra et municiones primum occupatas reſtituit. Rex bohemie obſides quos extorſerat ab auſtralibus et ſtyrienſibus et karinthianis regi Rudolfo eum ad hec compellenti reddidit et captiuos.

Mcc. lxxvij. Primizlaus uel Otakarus et Duces tocius polonie circa metas ſuas pacifice conuenientes. de auxilio ſibi mutuo preſtando fedus iuramentis preſtitis inierunt.

Mcc. lxxviij. Rex bohemie multos barones de Sweuia et de Franconia. Alſacia. Turingia. Saxonia. Myſna. Hohzacia (*Holſatia.*) Auſtria. Bawaria. pecunia clanculo porrecta in fauorem ſuum et auxilium attraxit. adeo ut quidam auſtrales peruerſi municionibus ſuis et predonibus terminos auſtrie in contemptum regis Rudolfi deuaſtarent. quorum eciam quidam ſine licencia alij a Rudolfo rege licenciáti regi bohemorum ad herentes. auſtriam incendio et rapina et cedibus uſque ad danubium deſtruxerint. Predictus autem rex bohemie uidens audaciam ſuorum congregatis exercitibus auſtriam intrans Drozendorf et quaſdam municiunculas obſidens expugnauit. terram auſtrie in pluribus locis et uillis diſſipans ciuitatem La cum prouincia coadiacente obſidione per. xij. dies inuadens ſed minime proficiens. uicinas uillas et ipſam prouinciam emiſ-

emiſſis cuneis incendio et rapina reddidit deſolatas. Quo comperto illuſtris rex romanorum Rudolfus cum Heinricum ducem bawarie cuius filio uidelicet duci ottoni filiam ſuam in robur amicicie ſimul et concordie matrimonialiter coniunxerat. cum pluribus baronibus prenotatis. et auxilio ſuo et fauore per pecuniam regis bohemie cerneret peruerſum. miſſis nuncijs et litteris regem vngarie. cum. xxx. milibus vngarorum et cumanorum in ſuum ſuccurſum euocans cum auſtralibus et Styrenſibus et Karinthianis ſibi aſtantibus circa Marchek ſe recipiens exercitum ſuum congregauit. Quoſdam pugnaciores vngaros et comanos circiter viij°. milia cum quibuſdam auſtralibus ſub Capitaneo Emberbergær mittens numerum expeditorum. exercitus regis bohemie adhuc prope La exiſtentis iuſſit explorari. Exploratores itaque premittentes duo milia curſitancium exercitum regis bohemie aliquibus peremptis et captiuatis non modicum feſtiuis inſultibus perturbando ad commocionem tocius exercitus concitacionibus adeo coegerunt. ut poſt concitacionem duorum dierum. Rex bohemie cum toto ſuo comitatu caſtra mouens fugatis exploratoribus tercia die contra exercitum regis Romanorum progrediens contra Prunſendorf in prato pernoctando mane iuxta amnem Moraue. in quodam circumflexu per ſex dies repauſans exercitum ſuum pluribus et fortibus augmentauit. Rex uero Rudolfus habens in conſuetudine pugnas in ſextis ferijs excercere incluſis inermibus. armatis et pugnantibus. in tres acies diuiſis. id eſt tunc ſexta feria. vij. kalendas ſeptembris. Anno incarnacionis domini M.cc.lxxviij. Regem bohemie et exercitum ſuum in ſeptem cuneos diuiſum. inuadens deuicit. adeo vt ipſe rex bohemie cum pluribus nobilibus in loco conflictus occiſus et morte proſtratus remaneret. multi eciam in fluuio moraue cum equis et armis ſubmerſi morerentur. plurima autem pars eiuſdem exercitus per vngaros. cu-

manos.

manos. auſtrales. Styrienſes. Karinthianos. Sweuos captiuata in uinculis et compedibus eſt abducta. Ceteri uero. fugientes aliqui in abditis ſiluarum latitantes. alij ueloci curſu ad propria remeantes perditis rebus omnibus euaſerunt. Ipſo die obtenta uictoria. vngari quidam cum comanis terram morauie intrantes. in pluribus uillis rapinas rerum. et captiuitates hominum commiſerunt. Rudolfus itaque rex romanorum propter uitandam ſedicionem inter vngaros et ſuos. vngaris et comanis cum rapinis et captiuis ſuis ad propria beniuolenter remiſſis. Poſtquam per. iiij^or. dies quieuiſſet. cum auſtralibus et Styrienſibus et Sweuis terram morauie ingrediens. ciuitates vrbes et municiones cum baronibus ſuo dominio ſubiugauit. Ciues igitur pragenſes et ſuppani bohemie qui captiuitatem euaſerunt. Marchionem brandenburgenſem cum. cccc. valleratis ad bohemiam et pragenſem ciuitatem pro defenſore datis ſtipendijs euocarunt. Cum igitur rex Rudolfus deo uolente proſperatus de Morauia uerſus poloniam partem ſui exercitns dirigere exponeret. Duces polonorum et Marchio brandenburgenſis. cum Regina bohemie. per contractus matrimoniales cum ipſo amicabiliter componentes ſuas terras illeſas penitus conſeruarunt. Quibus omnibus in pace dimiſſis inſtante hyemali frigore ciuitatibus Morauie ſuis militibus premonitis verſus auſtriam remeauit. perfidis eiectis fideles ſuos ſcilicet dominum Stephanum de meyſſowe. quem accedens ad hunc conflictum Marſchalcum regni et auſtrie conſtituerat. multis donarijs et honoribus honorauit.

Mcc. lxxix. Frater marchionis brandenburgenſis. coram Rudolfo rege et alijs principibns et baronibus in wienna militauit. et eiuſdem regis filiam duxit in vxorem. Item filius regis bohemie. filie regis Rudolfi in Schazlabs matrimonialiter eſt coniunctus.

Mcc. lxxx. Petrus patauienſis epiſcopus obijt. cui ſucceſſit Wichardus. in wienna in choro ſancti Stepha-

P ni

ni cum episcopo de chyemse. a domino episcopo et legato tripolitano uenerabiliter consecratus. Item Bruno olomucensis episcopus obijt. Sepultus est autem in chremsir. cui successit Dittricus.

Mcc. lxxxj. Rudolfus rex romanorum de austria uersus renum cum multis nobilibus. austrie et styrie tendens. a Sweuis et Franconibus in Ratispona et ciuibus est receptus cum honore. quos superatis aduersarijs concordes fecit et quietos. Item nix insolita nixit et durauit. per Bawariam et terras nemorosas sata perierunt. propter karistiam et postea fame succedente per Morauiam. Bohemiam. Poloniam multi perierunt.

Mcc. lxxxij. Dux Saxonie Morauiam intrat et subiugat. Item filius regis romanorum in reno flumine cum multis nobilibus submersus interijt. Item Wichardus patauiensis episcopus obijt. cui Gotfridus successit.

Mcc. lxxxiij. Hoc anno legatus collegit decimam a clericis per Austriam. Bawariam. Styriam. et Karinthiam. vno anno pro tempore sex annorum.

Mcc. lxxxiiij. Martinus papa obijt. Honorius substituitur. Gotfridus episcopus Patauiensis obijt. pro quo Wernhardus. Episcopus babenbergensis obijt. a muribus deuoratus. Filius lantcrauij duxit filiam Meinhardi comitis de Gorz in wiennam. Item rex Arragonie vicit regem Francie. Item tartari deuastauerunt vngariam. sed in ea sunt occisi. et frigore perierunt multi. Item Rudolfus rex contulit comiti Meinhardo de Gorz ducatum Karinthie. Quidam fascinator se Fridericum imperatorem simulans magnam partem alamannie in errorem duxit tandem compertis prestigijs suis per Rudolfum regem romanorum crematur.

Mcc. lxxxv.

Mcc. lxxxvj.

Mcc. lxxxvij. Iudei super renum in ciuitate quadam Wyesela quendam deo deuotum nomine Wernherum

clam

clam abducunt et in die parafceue ad inftar faluatoris morte afficiunt qui per dei graciam fepultus eft in monte qui dicitur Bacharach et ibi multis iam claret miraculis.

Mcc. lxxxviij. Sanctus Virgilius Iuuauenfis epifcopus tranffertur a domino Rudolfo archiepifcopo eiufdem ecclefie.

Mcc. lxxxix.

Mcc. lxxxx. In diuifione apoftolorum. Rudolfus rex romanorum obijt. et aput fpiram fepelitur. Hic licet regnauerit in alamannia. xviij. annis. tamen non peruenit ad coronam imperialem. Circa idem tempus Andreas marchio de Efte cum poft mortem Lazlai regis vngarie. per vngaros utpote propinquior heres regni in regem effet electus et coronatus exercitum ducens in auftriam in quo habuit Tartaros. Ruthenos. et alias barbaras naciones. terram auftriam a fluuio qui dicitur Leyta. ufque Wiennam abductis in captiuitatem eius inhabitatoribus quam totam deftruxit incendijs et rapinis. Albertus uero dux predictus primogenitus regis romanorum Rudolfi. cum propter dolorem recentem ex obitu patris contractum. qui ea uice defunctus erat cum propter rebellionem quorumdam fuorum minifterialium ea uice uires ad refiftendum regi vngarorum proh dolor non habebat. fed per epifcopos et nobiles ambarum parcium confenfit inter fe et regem vngarorum ipfum amicabile placitum in campo qui dicitur vizz ex oppofito contra Pofonium ordinari. Quo placito conuenientibus amicabiliter partibus. et epifcopis ac nobilibus eorum omnis occafio difcordie cum bono honore ducis complanata fuit. Nam omnia caftra vngarorum exiftencia in confinibus auftrie pro quibus auftria fepius confueuerat moleftari mandauit predictus rex vngarorum demoliri.

Mcc. lxxxxj. In parafceue. ciuitas Akkarenfis. in qua tunc dicuntur fuiffe. lxx. milia bellatorum a Soldano babilonie per dies quadraginta quatuor obfeffa.

die xlv. eſt capta et per incendium in fauillam redacta et muris et omnibus edificijs eius diruptis predicti bellatores et tota chriſtianitas inibi conſtituta ferro igne et mari eſt deleta et plurima pars chriſtianorum eſt in captiuitatem abducta.

Mcc. lxxxxij. Albertus dux auſtrie. Wienne poſt Natiuitatem domini cum multis baronibus terre ſue ſeptingentis ut dicitur. accingitur. ſollempniter cingulo militari. Circa idem tempus apud Frankenfurt in die apoſtolorum Philippi et Iacobi. Adolfus comes de Naſſawe eligitur in regem romanorum et ſubſequenter Aquis grani in regem alamannie coronatur.

Mcc. lxxxxiij. Poſt longam uacacionem ſedis Romane et magnas diſcordias Cardinalium ſuper eleccione romani Pontificis ijdem cardinales elegerunt quemdam Petrum monachum qui in monaſterio quodam ſegregatus a fratribus ſolitariam et ſanctiſſimam uitam duxit. qui conſecratus in papam. ex humilitate maxima quam habebat. multa talia facere uoluit qualia omnino non patitur ſtatus et dignitas Romane eccleſie. Volebat enim ut dicitur ſicubi neceſſe eſſet ire tantummodo in aſino exemplo domini ad paſſionem euntis. et ualde deſpecto habitu indui et ad ipſum inducere cardinales. tante autem manſuetudinis et benignitatis fuit. quod peticiones omnium ad ſe recurrencium liberaliter exaudire conſueuit. Vnde multa fecit ſine maturitate. et preter uſitatum ordinem curie. Dictus eſt autem Celeſtinus. Hic non dum completo anno a die ſue eleccionis dolens plurimum ſe ſecuritatem uite monaſtice amiſiſſe et ab occupacionum tumultibus ad uite priſtine ſuauitatem anhelans approbantibus cardinalibus ſtatutum fecit. ut papa ſi uellet poſſet cedere de papatu et conſequenter ipſe ceſſit et ſuccedit dominus Benedictus ei dyaconus cardinalis qui dictus eſt Bonifacius. Hic de conſilio cardinalium multa reuocauit que fecerat Celeſtinus per que poterat eccleſijs le-

ſio

ſio prouenire. Iſte Celeſtinus timens ne poſt ceſſionem ſaltem per ſimplices haberetur pro papa et per conſequens ſciſma in eccleſia oriretur. fecit ſe in acceſſibilem. nam ſemper manebat in tali loco ubi nemo eum ſciebat preter eos qui ſibi uite neceſſaria miniſtrabant.

Mcc. lxxxxiiij.

Mcc. lxxxxv. In octaua ſancto Paſce Monaſterium ſancti Andree apud Treysmam in auſtria fuit a fulmine concrematum et eadem eſtate diuerſis temporibus plura loca a fulmine ſunt cremata. Eodem quoque anno xij. kalendas Septembris. circa horam ueſpertinam ſubito cepit uentus ualidiſſimus qui per diuerſa loca auſtrie plura edificia et etiam muros ualidiſſimos deiecit. Eodem eciam anno diuerſis temporibus et per diuerſa loca terremotus facti ſunt magni. Eodem eciam anno. Albertus dux auſtrie in feſto ſancti Martini grauiter cepit wienne infirmari. ita quod a medicis deſperatus circumquaque fuit mortuus nunciatus propter quod quam plures de auſtria ſpolia in terris et aquis grauia commiſerunt. Prefato uero duce mirabili prouiſione dei contra opinionem omnium conualeſcente reſtituto inter eum et miniſteriales auſtrie grauis oritur diſcordia qua durante idem dux

Anno domini Mcc. lxxxxvj. poſt natiuitatem domini filiam ſuam Andree regi vngarie dedit vxorem. Eodem anno circa Paſcha. Nycolaus papa quartus ſtatum Andree regis vngarorum nititur infirmare. Nam dicebat quod in preiudicium romane eccleſie eſſet in regem vngarie. per epiſcopos vngarie. coronatus. Vnde eodem tempore miſit in vngariam dominum Iohannem epiſcopum Eſinum Contulerat et prius idem regnum utpote Romane eccleſie uacans cuidam nepoti Karoli regis Sicilie eumque ad idem regnum coronari fecit. Eodem eciam anno Otto dux bawarie fultus auxilio Cůnradi archiepiſcopi Salzburgenſis et quorundam nobilium Styrie intrauit Styriam. et primo intrauit monaſterium

admontense. ablatis ibi rebus omnibus quas inuenit. Deinde processit usque in Leuben. Albertus vero dux transiuit montem Semernich cum suis hominibus ad occurrendum duci predicto. Erat autem tunc temporis propter densitatem niuis et frigus intollerabile itinerandi et mouendi. Castra maxima difficultas. Otto uero dux post multorum suorum nobilium capcionem redijt ad terram suam in nullo consecutus uotum desiderij sui.

Mcc. lxxxxvij. Circa festum beate Margarete virginis. Opidum Rastat ab Alberto duce austrie per sex septimanas et amplius obsidetur ac tandem cum ipsum oppidum capere non posset sine utilitate recedit. Eodem quoque anno inter ipsum ducem ex una parte. et Cůnradum archiepiscopum Salzburgensem. et Ottonem ducem bauarie ex parte altera super litibus questionibus iniurijs ac dampnis datis hinc inde apud Lintzam placita per magnos comportata principes celebrantur. Sed nec tunc ibi nec in patauia ubi subsequenter dicti domini cum magnis sumptibus

Mcc. lxxxxviij. In purificacione beate Marie. Conuenerunt aliqua inter eos concordia potuit procurari.

Mcc. xcix. (a) In ducatu Alberti ducis austrie prope styram a quibusdam Rusticis illarum parcium maximus thesaurus maxime in aureis denarijs reconditus inuenitur. tandem res proditur idemque thesaurus a potencioribus earundem parcium occupatur et inter plures dispergitur. Albertus uero dux predictus asserens ad se de iure thesaurum huiusmodi pertinere. Occupatores ipsius impecijt pro eodem et ex eo partem modicam apprehendit. Quod autem idem thesaurus ualde uetustus et diu ibi reconditus fuerit patet ex eo quod aliqui de dictis aureis habebant talem superscripcionem siue nu-

(a) Vide *Wolf. Lazium* de republ. Rom. L. XII. Sect. 7. cap. 3. pag. 1264.

numifma. Fauftina Augufti pij filia. Erat autem Fauftina filia Antonij (*Antonini*) pij imperatoris. qui cepit regnare anno domini. c. xl. vnde colligitur quod idem denarij fuerunt fub eodem principe fabricati. Eodem anno in fefto fancto Pentecoften. Wenczeflaus filius Otakari quondam regis Bohemorum et Guta vxor fua filia quondam Rudolfi regis romanorum Prage per Moguntinum archiepifcopum follempniter coronantur. Predicta uero Guta poft coronacionem non plene uixit. xiiij. dies. Prage moritur et ibidem fepelitur. Eodem anno die decima menfis Maij. Bonifacius viij^us. in palacio prope fanctum Petrum rome depofuit dominum Iacobum et dominum Petrum Cardinales de columpna.

M. ccc. Regnante Adolfo romanorum rege. Albertus dux auftrie fiduciatus per quofdam electores Imperij de regno Romanorum quod fub regimine prefati Adolfi dicebant multipliciter deformatum. Afcendit ad partes reni in quadragefima ubi ftetit donec ad feftum fancti Iohannis baptifte. Quo fefto decurfo. quoddam die cum diceretur prefato Adolfo quod predictus Albertus fugam iniret ipfe incaute fequens interfectus eft. et prefatus Albertus fubfequenter eft in regem romanorum electus. et Aquis Grani follempniter coronatus. Eodem anno in eifdem partibus Iudei cum corpore domini. in quoddam opido Roetingen nomine quoddam graue maleficium commiferunt. Vnde quidam ciuis uenditor carnium de dicto opido zelo fidei chriftiane accenfus primum ad intus volgo dicti opidi puniuit. Iudeos auctores dicti maleficij. deinde adunatis fibi multis peditibus et equitibus quorum omnium capitaneus fuit uenit Wirzburch Nuernberch. et ad alias ciuitates plures et opida ubi morabantur iudei inducendo ac etiam compellendo ciues eorum quod fibi tradiderunt iudeos ad cremandum. Ipforumque iudeorum nulli parcens condicioni etati uel fexui plura milia concremauit. Quia vero prefatus perfecutor iudeorum hec

omnia

omnia auctoritàte propria faciebat. nec ab aliquo ſuperiore ſuper hijs acceperat poteſtatem. Albertns rex romanorum ciues dictarum ciuitatum et opidorum magna pena pecuniaria multauit tum quia res Iudeorum crematorum uſurpauerunt. tum quia iudeos ſeruos camere ſue ipſi perſecutori tradere preſumpſerunt. Eodem quoque anno ciues Patauienſes oppoſuerunt ſe Wernhardo Patauienſi epiſcopo domino ipſorum ac eum et patauienſes canonicos a ciuitate patauienſi recedere ſuis inſolencijs compulerunt. Eodem anno in feſto ſancti Martini. Albertus Rex Romanorum celebrat ſuam primam curiam in Nuernberch ubi reſtituit epiſcopum patauienſem dominio ciuitatis patauienſis.

M°. ccc°. j°. Albertus dux auſtrie ſciens quod miniſteriales auſtrie. minus eum diligerent ſciens quoque quod ijdem miniſteriales. Adolfum romanorum regem in depulſionem ipſius uocaſſent in auſtriam in capite quadrageſime leuauit ſe uerſus renum ubi cum ſtetiſſet donec ad feſtum beati Iohannis baptiſte et eſſet quaſi communis opinio omnium auſtralium quod non deberet bené ſuccedere ipſe vno bello campeſtri de dicto Adolfo magnifice triumphauit quo bello idem Adolfus occiditur.

M. ccc. ij. Poſt natiuitatem domini. Andreas rex Vngarie. Obijt.

M. ccc. iij. Bonifacius. papa. viij. edidit conſtitucionem que incepit *ſuper ſpecula* que facit pro concordia clericorum ſecularium et fratrum predicatorum et minorum. Eodem quoque anno ab eius inicio uſque in finem dominus papa omnibus per quindenam continuam eccleſias ſanctorum apoſtolorum Petri et Pauli uiſitantibus dum modo uere contriti et confeſſi eſſent plenam ſuorum conceſſit ueniam peccatorum. Propter quod de uniuerſis mundi partibus tanta uenit multitudo hominum Romam quantam nulla meminit hominum etas. Eodem eciam anno circa Natiuitatem domini Rudolfus

dux

dux austrie primogenitus Alberti regis duxit in austriam vxorem suam dominam Blancham sororem Philippi regis Francie. que in breui defuncta sepelitur Wienne apud fratres Minores. Eodem eciam anno. Dominus Nycolaus Ostiensis episcopus a domino papa. Bonifacio. Legatus. Vngarie. destinatur. qui successit Bonifacio pape. dictusque est Benedictus. quo in breui defuncto. postquam cardinales super prouisione. Ecclesie diucius discordassent tandem elegerunt archiepiscopum Burdegalensem de prouincia prouincie qui dictus est Clemens. Hic iam in regno Francie iam in dicta prouincia curiam suam habuit et usque hodie ibidem manet nec post creacionem suam uidit ytaliam.

M. ccc. iiij. Albertus rex Romanorum circa festum Michaelis cum magno exercitu intrauit Bohemiam. contra Wenzeslaum regem Bohemie. sed nichil profecit. quia propter instanciam hiemis ipsum de terra sine fructur recedere oportebat.

M. ccc. v. Moritur Wenzeslaus rex Bohemie. predictus. cui successit in regno filius suus Wenzeslaus filius sororis Alberti regis Romanorum. Quo non multo post, apud Olmuncz machinacione. ut dicitur baronum latenter interfecto. Albertus rex predictus. primogenito suo Rudolfo duci austrie et omnibus fratribus filijs suis regnum Bohemie. tamquam sibi uacans contulit et diuersis temporibus missa in Bohemiam milicia idem regnum subiugare ad temptat et plures de baronibus submiserunt se sibi et in dicto regno plures ciuitates et castra tradita sibi fuerunt et personaliter uenit Pragam, mittendo ipsum Rudolfum in corporalem possessionem regni. Post hec in breui prefatus Rudolfus moritur cui successit in ducatu austrie Fridericus frater suus.

M. ccc. vj. Albertus rex Romanorum intrat Bohemiam cum graui exercitu ad subiugandum regnum pueris suis. sed iterum propter instanciam hyemis rema-

nentibus in deuocione sua. Praga et aliis municionibus et baronibus qui se antea sibi subdiderant ab inde sine vlteriori fructu recedere cogitur.

M.ccc.vij. In die apostolorum Philippi et Iacobi Albertus rex a domesticis et familiaribus suis. scilicet a Iohanne filio fratris sui Rudolfi ducis austrie et suis complicibus dum in partibus reni de vno loco ad alium tenderet et ipsi eum custodire crederentur. necatur et tunc tota Bohemia de bellis (*rebellis*) efficitur. Nec barones aliquem de pueris suis postea recipere uolebant et diuersis super regno nouitatibus attemptatis. Tandem uocauerunt regnaturum super se. Heinricum ducem Karinthie habentem in matrimonio filiam Wenzeslai regis prioris cui solum regium nomen dantes ipsi uero barones usque hodie regnant in Bohemia. Eodem anno circa Epiphaniam domini. Heinricus comes de Lutzellenburch eligitur in regem Romanorum. et aquis grani sollempniter coronatur.

M.ccc.viij. Clemens papa. v. Deleuit ordinem templariorum mandans per locorum episcopos bona ipsorum mobilia et immobilia nomine romane Ecclesie occupari. Causa uero delecionis eorum fuit quia comperit per eos quedam spurca et ab hominabilia fidei katholice contraria fieri. Interque idem dominus papa expresse scripsit in litteris suis. quod infra plures annos nunquam vnus receptus fuerit in illo ordine quem non oportuit abnegare ihesum christum et expuere in ymaginem crucifixi.

In novo folio, scilicet pag. 252. redit historia ad annum 1285. eademque omnino est, quae in Salisburgensi Chronico apud Hier. Pez S. R. A. T. I. a dicto anno 1285. --- 1322. a col. 314. --- 409. leguntur: quibus finitis, Codex noster adhuc sequentia subiungit; quae hic deesse nolui.

M.ccc.xxiiij. Feria Secunda Proxima ante festum Sancti Mathye. Obijt domina Katherina Serenissima Ducissa Calabrie. Soror ducum Austrie.

M.ccc.xxv.

M. ccc. xxv. Obijt illustris princeps dominus Leupoldus dux austrie et styrie filius alberti regis Romanorum pridie Kalendas Marcij. et est sepultus in chunigsuelde.

M. ccc. xxvj.

M. ccc. xxvij. Dictum castrum et opidum in Tytmannig. post destruccionem et desolacionem magnam opidi et Comitatus ad ipsum pertinentis rehabitum fuit per modum empcionis. grauibus sumtibus laboribus et expensis. Eodem anno. obijt dominus Henricus dux austrie et styrie: filius alberti regis Romanorum. In die beati Blasij. martyris. et sepultus est in chungsuelda. Item eodem anno Illustris princeps Otto dux austrie Styrie et Karinthie. diuina preuentus gracia. Fundauit construxit et dotauit monasterium in nouo monte ordinis Cisterciensis. In honorem sancte Marie et omnium sanctorum. in remedium animarum progenitorum suorum. nec non in perpetuam sui memoriam fratrum heredum suorum.

M°. ccc°. xxviij°.

M°. ccc°. xxix°. Obijt in die Fridlini confessoris Domina Gueta soror dominorum ducum austrie. comitissa de ōting. Que est sepulta in chunigsueld.

M°. ccc° xxx°. Obijt Serenissimus dominus Fridricus rex Romanorum. filius regis Alberti. In octaua Epiphanie. et fundauit monasterium in Mauerbach. et ibidem sepultus est. et regnauit. xv. annis. Et eodem anno obijt. domina Elyzabeth ducissa austrie. vxor domini Octonis. Filia Stephani ducis bauarie inferioris. In die Annunciacionis beate Marie virginis. Et est sepulta in nouo monte. Item eodem anno In primis uesperis Exaltacionis sancte Crucis. Ecclesia Neumburgensis graue et intollerabile dampnum est perpessa. Eo quod ambo Monasteria tam dominorum quam dominarum. non proprio igne. sed per incendium aliunde. videlicet in ciuitate exortum. In cinerem et fauillam sunt redacta. Temporibus domini Stephani Prepositi. Qui anno subse-

quenti. vtrumque clauſtrum deſolatum laudabiliter reformauit. Item eodem anno. Obijt Domina Elyzabeth filia Regis Arrogonie. Ac Sereniſſimi Romanorum Regis Fridrici Conthoralis In die ſancte Margarete. et Sepulta eſt Wienne in domo Fratrum Minorum.

M°. CCC°. xxxj.

M°. ccc°. xxxij.

M°. ccc°. xxxiij.

M°. ccc°. xxxiiij°.

M°. ccc. xxxv.

M°. ccc. xxxvj°. Hoc anno Obijt Venerabilis pater. Dominus Stephanus dictus de Syerendorf. Prepoſitus monaſterij. Neumburgenſis. In vigilia ſancte Katharine virginis. Item eodem anno. x°. kalendas Nouembris. Obijt. Inclita puella Sereniſſimi Regis Fridrici filia et eſt ſepulta cum patre in Maurbach. Cui nomen erat Elyzabeth. Item eodem anno Pridie kalendas Octobris. Obijt inclita Domina Domina Katherina Relicta illuſtris Ducis Auſtrie Leupoldi. Filia Comitis ſabaudie. Et eſt ſepulta in Chunigſveld.

M°. ccc°. xxxvij°. Hoc anno Obijt Venerabilis pater. Dominus Nycolaus dictus Neythart. Prepoſitus Monaſterij Neumburgenſis.

M°. ccc. xxxviij°. iij°. Nonas Septembris Obijt domina Anna vxor domini Ottonis duciſſa Auſtrie. filia ſereniſſimi domini Iohannis regis bohemie. Et eſt ſepulta in nouo Monte.

M°. ccc°. xxxix°. xiij°. Kalendas Marcij. Obijt illuſtris princeps dominus Otto dux Auſtrie Styrie et Karinthie. Fundator Monaſterij noui Montis. Et ibidem eſt ſepultus.

M°. ccc°. xl°.

M°. ccc°. xlj°.

M°. ccc°. xlij°. xiiij. kalendas Iunij. Obijt Reuerendus in chriſto. pater et dominus. dominus Albertus Epiſcopus patauienſis. frater Ducis Saxonie. Item eodem anno. obijt. dominus Karolus rex Vngarie Sororius do-

mini

mini Alberti quondam Regis Romanorum. Item eodem anno. vj. kalendas Augusti. obijt reuerendus pater et dominus. dominus Heinricus. episcopus Lauentinus. dictus mer. quondam canonicus ecclesie Salzburgensis et custos. et sepultus circa minores Wienne.

M°. ccc°. xliij°. Obiit domina -- -- Relicta domini Heinrici ducis Austrie. Item Eodem anno Obijt Domina Anna. Abbatissa Monialis Sancte Clare Wienne. xviij. kalendas Ianuarij. filia Serenissimi Fridrici quondam Romanorum Regis.

M°. ccc°. xliiij°. In die sancti Laurencij martyris. Obijt illustris dominus Leupoldus dux. Filius Ottonis ducis Austrie Styrie. et Karinthie et sepultus est in nouo monte.

M°. ccc°. xlv°.

Rubr. Anno domini M°. ccc°. xlvj°. In Diccione. xiiij°. Pontificatus domini Clementis Pape sexti. Anno quinto. Mensis Augusti. die xxvj°.

Actum est prelium magnum. Inter duos Reges. videlicet Anglie et Francie. In quo idem dominus Rex Anglie illustris victoriam obtinuit et triumphum. Idem bellum fuit in Francia iuxta quamdam uillam que dicitur kersy. quinque miliaribus iuxta Monstruel in Dencien Isti fuerunt Principes occisi In exercitu Regis Francie. Per dominum Regem Anglie. Qui dominus Rex Anglie. nisi vnum solum militem perdidit de exercitu suo.

Rex Bohemie senior. Rex Maioricarum. Dux lotharingie Sororius principum Austrie. Comes de Alihohen frater legittimus Regis Francie. Comes Flandrie. Comes Namen. Dominus de Rosenberch de Bohemia miles. Comes de Arctornt. Comes de Boloy. Archiepiscopus de Cheyns in Burgundia. Episcopus de Noyoen qui dicitur Nondoniensis. Comes de tzalme. Comes de tzansoire. Comes de Monbailliaerd. Comes de Grantpire. Magnus prior Francie cum duobus millibus equitibus· Abbas de Curbi cum quinquaginta equitibus. Vicecomes de Tronaris.

ris. Dominus de mortel. Dominus Iacobus de Bourbond. Dominus de Caen. Dominus de tzanenaud. Et quam plures alij nobiles et ignobiles. quorum non eſt numerus. ceciderunt in dicto prelio de exercitu et Coadiutoribus Regis Francie qui uix viuus effugit. Prelium durauit ab hora veſperarum Sabbati poſt Bartholomei uſque ad diem proximum ſequentem ad horam nonam. *Rubr.* Item Eodem Anno Dominus Clemens Papa. vj^us. prefecit imperio Karolum Marchionem Morauie et coronari fecit Inuito domino Ludwico Imperium tunc regente.

Anno domini M°. CCC°. xlvij°. iiij°. Nonas Septembris. Coronatus eſt dominus Carolus Rex Bohemie. Quondam Marchio Morauie. cum vxore ſua. Per archiepiſcopum Pragenſem. Item eodem anno. Philippus Rex Francie cum toto exercitu ſuo. Per dominum Edbardum Regem Anglie in fugam eſt conuerſus. Ipſo Rege Anglie in Regno Francie potenter manente inibi municiones non nullas expugnando. Item Eodem anno. vij°. Idus Septembris. In vigilia natiuitatis beate virginis Obijt venerabilis pater. Dominus Leupoldus. abbas ſancte Crucis.

Poſt tria folia interiecta manu ſæculi XV. ineuntis.

M°. ccc°. lxxxiij°. Albertus Dux Auſtrie contra Heinricum Comitem de Schaunburg profectus eſt et expugnauit Leonſtain. Sed poſt ordinati ſunt a Carolo Ceſare Fridericus Burgrauius Nuernbergenſis et Landgrauius Leuchtenburch. Qui uocata ad ſe vtraque parte cum Leopoldo Duce Auſtrie Stephano Duce bawarie et Domino Ioanne de Abenſperg iudicarunt comitatum de Schaunburg et Pewrbach ad Auſtriam attinere et Frankhenburg et Camer et Aterſee et xij. milia florenorum pro inobedientia Alberto Duci perſoluere Et Camer Aterſee ac Frankhnburg dux accepit reliqua feudo comiti adſignauit.

III.

IN ANONYMI AUSTRII CHRONICON RHYTHMICUM

OBSERVATIO PRÆVIA.

Paucissimis Te, erudite Lector, in hoc limine moror. In eodem Palatinæ Bibliothecæ codice, ex quo Claustroneoburgense chronicon sumsi, seiuncto loco a col. 361. usque 388. Anonymi chronicon rhythmicum reperitur. Incipit illud ab anno 1190. & definit in annum 1269., quo Conradinus Suevus, & Fridericus Badensis, a Gerdrude matre a nonnullis etiam Austrius dictus, Neapoli obtruncati fuerunt. Ioanni Benedicto Gentiloto huius chronici auctor Austrius fuisse videtur; alia, quæ de hoc Scriptore diceret, non habebat. Illud tamen opusculum luce publica non indignum iudicavit, iussitque in Commentariis suis ineditis in Codices MSS. bibliothecæ Cæsareæ T. I. numero LXXII. describi.

Hoc

Hoc iudicio & auctoritate permoveor, ut illud hoc loco illico ſuperiori coniungam. Scriptoris ætas ſæculo XIII. iam affecto adſcribenda eſſe videtur. In eadem Auguſta Bibliotheca alterum quoque huius chronici exemplar, idque, ut coniicere licet, præſente vetuſtius, inter profanos Hiſtoricos numero DCXXXVIII. ſub finem exſtat.

ANO-

III.

ANONYMI CHRONICON RHYTHMICUM.

Etas noſtri temporis breuis non ſeneſcit.
Veterata temporum reminiſci neſcit.
Ob hec ſtupet ſapiens ſtultuſque timeſcit.
Dies mali ſubeunt malumque crebreſcit.
Crede conſequencia ſtilum redolere.
Curſilem non metricum metra uiluere.
Que caritatem vvlnerant uerba non ualuere.
Quiſque dicat ſapiens et hec abolere
Studeat et moribus cuique complacere.
Que ſolum moribus res ſunt metuende.
Fama conſcientia ſolerterque colende.
Vnde geſta ueterum ſi bene notentur.
Propter hoc conſcribimus ſi non ſiniſtrentur.
Geſta que temporibus in eis ſcio uere.
Quinque luſtris antea mihi notuere.
Locis quibus ſtudui pleraque tenere.
Vellemque memoriter poſteris manere.
Scribamque dum uixero que ſpero ualere.
Hec quippe preſencia iam preteriere.
Infra centum circinos prorſus euenere.
Retroacta reſpice docti notauere.

ANno Milleno. Centeno ſeptuageno
Anglorum primas corruit enſe thomas.
Anno Milleno. centeno terque triceno.
Ierusalem franci capiunt virtute potenti.
His ſex adiectes Bernhardi tempora diſces.
Cui theoloica ſcriptaque myſtica ſigna dedere.
Magna preconia clareuallenſia que ualuere.
Priſcis temporibus poſtea ſat puto plus amando ſat.

ANno Nonageſimo. M°. C°. cyrcinante.
Alexandro tercio papa preſulante.
Maguncia ut eligant imperio uacante.
Principes conueniunt papa demandante.
In electo diſcrepant fortuna nutante.
De ſtaufa uir inclytus quouis diſcrepante.
Prorumpit ad hoſtia per alanitum uallante.
Iunctis baliſtarijs milite ſtipante.
Pulſat intromittitur dicunt pie ſatis.
Principes quod queritis dixit eligatis.
Virum clarum genere doctum largitatis.
Conſultum. fidum. ſtrenuum tantum cur tardatis.
Dicunt omnes territi. quoduis faciemus.
Sed quis orbe talis ſit plane nec uidemus.
Clarus. doctus. ſtrenuus. fidus hunc uellemus.
Omnes mundi terminos ſi conſideremus.
Talem qualem conſulis non inueniemus.
Si per fidem dicitis quod hunc eligatis.
Sique demonſtrauero clarum largitatis.
Doctum fidum ſtrenuum uirum probitatis
Credo quod inueniam hunc ſi approbatis.
Fidem dant unanimes nam neceſſitatis
Datur obteſtacio de Stauffa ſic fatur.
Friderich magnificus mihi quis equatur
Doctus ſum et ſtrenuus francus hoc teſtatur
Michi nec in omnibus verbis comparatur

Swe-

Sweuia. duringia. ſi bene queratur.
Fidus et magnificus quod reperiatur.
Non tardatur ſimiliter ergo conſcribatur.
Decretum hoc iuribus primo ſic iuratur.
Scribunt tandem lucide ſcriptumque ſignatur.
Ob hoc dux de Brounſwich uoto ſe retraxit.
Idem dux bawarie dixit quoque pax ſit.
Donec ſim in brounſwich grauatus apello
Ad romanum preſidem nequeo duello.
Iura nunc imperii per me defenſare.
Tunc electus concito latus militare.
Sibi dat cum ſumptibus et ducatum dare.
Parat ac uirtutibus ſe exercitare.
Alij concorditer ſibi federantur.
Principes et protinus Nuremberch uocantur.
Ex edicto publico ſaxones citantur.
Qui pro contumelia bawaria fraudantur.
Hinc de ſchirow nobiles rite feodantur.
Ducatu bawarie et palatinantur.

ROmani quod faueant electo rogantur.
Si quo magis precibus hi interpellantur.
Tanto peruicacius cordibus durantur.
Papa bulla fulminat tuſci concitantur.
Syculus et apulus romanus iugantur.
Contra Thevtunicos romani conantur.
Niſi dent pecuniam mactare minantur.
Electo tevtunici ſolum ſociantur.
Itur per ytaliam tuſchorum necantur.
Infinita milia lombardi triſtantur.
Parant reſiſtenciam ſed ſub peditantur.
Atroces thevtunici mire debachantur.
Pugnant et ytalici cultris iugulantur.
Primo tunc theutunici furere probantur.
De quorumque furia cantus deriuantur
Hinc forti milicia roma conuellatur.

Omne municipium mire diſſipatur.
Capitur deſtruitur vrbs humiliatur.
Omnis de preſidio miles furcis datur.
Non parcentes ſexui germanus duratur.
Indȩ lamentabilis luctus innouatur.
Roma rodens roditur. et patibulatur.
Senator et nobilis quiſque tunc necatur.
Fame languet ferro ſqualet flammaque crematur.
Vrbs probroſa rȩdditur que pridem mundi datur
Caput tunc conticuit et aſpernabatur.
Clerus paſſim moritur munus diſſipatur.
Alter papa ponitur vel ceſar conſecratur.
Mundus totus quatitur malum inſtauratur.
Iurantque reſidui ſic urbs reparatur.
Per partes heſpereas tantum roboratur.
Orbis quod principibus nulli ſecundus datur.
Audax. largus. perſpicax ſemper hylaratur.
Superbos humilians prudens proſperatur.

Alexander latitat apud Ianuenſes.
Ianua non ſuſtinet uires excreſcentes.
Et in gyro uineas omnes ſuccidentes.
Galearum copia mari collocatur.
Papa ſi euaſerit et non capiatur.
Malum cunctis imminet publice luatur.
Papa per carnifices hinc licenciatur.
Menſe tamen amplius uiris occultatur.
Papa ſanctus habitu muliebri latet.
Poſt hoc extromittitur et carina patet.
Pyratis diuinitus nube ſic uelatur.
Papa non capitur nec his preda datur.
Quantum in nauicula nullus conſolatur.
Quod euadat laqueos chriſto ſupplicatur.
Tranſit per inſidias quiſque conſpicatur.
Pergunt ut hunc rapiant ſed his obumbratur.
Nil pirate faciunt caſſa quis conatur.
Chriſtus papam protegit conans excecatur.

No-

NOcte ſancta ſubijt hora matutina.
Magolum cum quatuor gracia diuina.
Protectus nubecula uoce repentina.
Lectionis termino mente columbina.
Ecce ſacerdos precinit puer increpatur.
Et dum uellet aliud idem iteratur.
Inſperate concinunt quiſque ſuſpicatur.
Papa cappa rubea reſponſum cantatur.
Puer uerſum concinit nolens conſolatur.
Chorus reuerencia digne ueneratur.
Papam qui ab unico clerico iuuatur.
Nec non camerario ſolo ſociatur.
Due naute faciunt turba nunciatur.
Statim regi francie tranquillatur.
Suis in confinibus ſanus et uariatur.
Modus per quem uenerit hinc rex contriſtatur.
Vocat doctos conſules docte ſciſcitatur.
Francie baronibus uerbum ſalutare.
Qualiter eccleſie patrem defenſare.
Valeat et cathedre ſue reformare.
Inter hec concilium turonis gregatur.
Qui prelatis francie rite celebratur.
Imperator audiens quod hunc conſeruare.
Rex deliberauerat uiribus armare.
Se parat et franciam prorſus extirpare.
Rex francorum principes ſtudet congregare.
Queritat conſilium qualiter ſaluare.
Se et ſuos ualeat qui reſponſum dare.
Viſi ſunt communiter non eſt tutum ſtare.
Locis in campeſtribus et hinc propulſare.
Omnes nos nequibimus audimuſque clare
Fortes de ytalia turres coequare.
Terre ceſar potuit rome peſſumdare
Que ſe mundi principem ſemper prorogare.
Sueuit. que ſi potuit ſic ſubpeditare.

Nobiles et humiles funibus nodare.
Vrbes. caſtra. menia prorſus complanare.
Quit. nec eſt uirtus ſacra prophanare.
Damus hoc conſilium papam exultare.
Paciaris alibi. nam ſi uis obſtare.
Friderico ceſari. ſic vos is compeſcet.
Gens. et generatio noſtro ſic ſtupeſcet.
Quod mingens ad parietem e nobis non caneſcet.
Panditur conſilium. quo uadat papa neſcit.
Spirat adiutorium chriſti qui conſueſcit.
Non tarda mollimina oportune datur.
Alexander protinus papa conſolatur.

Ecce dux de brunſweich proſcriptus audito.
Quod fugari francie papam rex tam cito.
Conuocat miliciam. et pro papa uadit.
Quem ducit ad ſaxones nec ab eo cadit.
Infra luſtra. iiij$^{or.}$ cyſma malum creſcit.
Spargit multifarie uepres et crebreſcit.
Octauianum ſtatuit ceſar papam ceſſit.
Miſer ſubito. gwidoque ſucceſſit.
Ille nec catholicum finem morti ſoluit.

Vnde ceſar ſtupidus animo reuoluit.
Quid eſſet quod faceret. fidem quod reſoluit.
Perpendit quod deuius nimis temerauit.
A ſalutis regula prorſus deuiauit.
Quod rex babylonie ſibi comparauit.
Induratus pharao fine quo ſignauit.
Exitum quieſcere corde deſtinauit.
Obedire uictima magna reputauit.
Nam ſalutis ianuam e ſcriptis notauit.
Tunc obedienciam. quam uirtutum uiam.
Auguſtinus indicat. et ſalutis ſciam.
Morte quoque criminum. iſta uidens pauit.
Dolet que auerterat ſe tantum uocauit.

Prin-

Principes venecias caufam fe dediffe.
Scandalum confeffus eft et fe deliquiffe.
In matrem ecclefiam. papa reuocatur.
Omnifque cyfmaticus publice dampnatur.
Paftor aquilegie palam confitetur.
Salzburga. mogoncia. quiuis reueretur.
Alexandrum tercium. cyfma complanatur.
Hoc pacto. quod clericus quifque deponatur.
Ordinatus fcifmate papaque fic fatur.
Cum occurrit inclitus. et humiliatur.

PEde tangens humeros cefaris ambulabo.
Super bafilifcum. afpidem. leonem calcabo.
Non tibi fed imperio parco cefar clare.
Hijs verbis parat illico fic refponfum dare.
Nec tibi obedio fed petro reuerendo.
Sifte pedem ftemus fimul tibi metuendo.
Obediam dum uixero credo prophanaffe.
Creando pontifices, qui interierunt.
Et lamentabiliter finem fignauerunt.
Tandem fcifma taliter rite complanatur.
Principes conueniunt et pax informatur.
Gwerrarum turbinibus cladeque conftante.
Pre timore cefaris mundo titubante.
Cifmate duriffimo huic infultante.
Digne penitentia papa acceptante
Iter ierofolimam cunctis preparatur.
Imperator maximus fic confederatur.
Deuotus ecclefie ad iter armatur.
Vngaris et bulgaris grecis impugnatur.
Et a parthis denuo fed non fuperatur.
Infeftus mille artifex contra eum datur.
Potitus uictorijs amne balniatur.
Et carecto pedibus herens fuffocatur.
Flet dolet ecclefia tam uictoriofo.
Se priuatam principe. nam fe gloriofo.

Fine

Fine consignauerat pridemque famoso.
Triumpho lombarticos romamque nodoso.
Manciparat nexui mediolanum strauit.
Et probrosis sicubus probra cumulauit.
Gestaque perpetua lege consignauit.
Quos muris presidijs publicis priuauit.
Disciplinam uereor qualiter mulctauit.
Fedum puto scribere illos et mactauit.

Rubr. Hoc tempore bela rex regnauit in vngaria.

Bela per vngariam tercio regnante.
Laudes ac uictorias suis cumulante.
Laude fato concite sibi demandante.
Moritur. et filio primo discordante.
Cum germano uincitur et exheredatur.
Nec mirum se religas scriptum quod testatur.
Roma fratris sanguine pridem dedicatur.
Non est passus romulus remum sed necatur.
Sic phares Zara primitus bellum innouatur.
A regno latissimo frater effugatur.
Andreas iuit ad austriam. heinrico micante.
Solo regni solio. eoque migrante.
Patris lege denuo regno titubante.
Vngari superstitem querunt et gaudenter.
Reuocant ab austria. locantque decenter.
Circumquaque queritant reginaque procantur.
Nobili prosapia sic consiliantur.
Nobiles ex austria proci destinantur.
Indutis meranie nata prosperantur.
Gerdrudisque filia dicti palliatur.
Et Andree coniugis uite consors datur.
Cuius frater inclitus uir magnificatur.
Perchtoldus colocie tandem cathedratur.
Andreas natos genuit tres. primus uocatur.
Bela. alter andre. coloman his soror generatur.

Ely-

Elyzabeth non ſterilis que duringo datur.
Vbi ſanctimonia ſic mirificatur.
Per plurima miracula quod ſanctificatur.
Tandemque ſollempniter hec canonizatur.
Et iocundo tytulo celis coronatur.
Inuidus ſucceſſibus regni laceratur.
Ille uetus oriens quod ſic tranquillatur.
Dolet et colocie preſul inflammatur.
Et regine ſuggerit quod in pociatur.
Banci uiri nobilis vxore triſtatur.
Et anxietatibus male moriatur.
Regina quid faciat rumpere conſternatur.
Ducta muliebriter fratrem medelatur.
Vnde poſt exicium multis propinatur.
Banca participibus ſuis querulatur.
Furit fremunt pariter ſicque conſpiratur.
Campeſtri tentorio regina necatur.
Et in monaſterio pro his hic tumulatur.
Poſt ſuccreſcit vlcio fallanx diſſipatur.
Ve plorant innocui bela coronatur.
Poſtquam pater ſimulat nec mortem zelatur.
Matris eius concite dolos machinatur.
Contra patrem cogitat et exaſperatur.
Tandem ad concordiam patris renouatur.
Quo defuncto curia albe celebratur.
Regale conuiuium cunctis preparatur.
Sed conuiua plurimus capite truncatur.

Rubr. Hic uide peregrinacionem puerorum et qualiter per incantaciones ſunt decepti.

Illis temporibus ſtupendum quid creuit.
Mundoque mirabilis truffa inoleuit.
Nam ſub boni ſpecie malum ſic ſuccreuit.

Rubr. Hic eſt carmen quod ubique cantabatur.

Arte quidem magica iſta late feuit.
Nycolaus famulus chriſti tranſfretabit.

Et cum innocentibus ierusalem intrabit.
Mare siccis pedibus securus calcabit.
Iuuenes et uirgines caste copulabit.
Ad honorem domini tanta perpetrabit.
Quod pax iubilacio deo laus sonabit.
Paganos et perfidos omnes baptizabit.
Omnis in ierusalem carmen hoc cantabit.
Pax nunc christicolis christus proximabit.
Et redemptos sanguine mire collustrabit.
Nycolai pueros omnes coronabit.
Rubr. Talis deuocio ante hec non est audita.
Aures cunctis pruriunt vtrgines ornantur.
Annos infra sedecim euangelizantur.
Concurrentes pueri certant ut sequantur.
Et rumare uiderant casso consolantur.
Vngarus theutunicus francus sociantur.
Boemus lombardicus brittoque conantur.
Flandria vestfalia. ourinch federantur.
Friso cum Norwagia cuncti conglobantur.
Prurit pes et oculus pueros uenantur.
Illi de prandusio virgines stuprantur.
Et in arcum pessimum passim uenumdantur.
Risum luctus occopat digne lamentantur.
Plorant matres ut rachel nati morti dantur.
Vanitates hauriunt pueri fraudantur.
Rubr. Conclusio.
Mundus uanitatibus sordet et stupescit.
Verum spernit populus clerusque tabescit.
Adulaeionibus quisque dum consweſcit.
Pax fides concordia stabiliri nescit.
Omnis homo laudibus effert hoc preclare.
Augens quod debuerát post increpare.
Propheta nos redarguit qui uidemur stare.
Nutantes ypocrisi scimus colorare.
Puluillos consw.ere et ceruical dare.
Large consweſcere uoluit et amare.

Rubr.

Rubr. Primum ecclesiastes luxerat mortem tam strennui imperatoris. cogitauerunt de substitucione.

Porro cesar inclitus natos tres habebat.
Heinricum qui apulie totum se credebat.
Chunradumque sueuie ducem quem transfixit.
Faber adulterio hieque breui uixit.
Tercius in filijs philippus donatur.
Heinricus imperio qui et prosperatur.
Iungitur hinc apulie per quem generatur.
Puer de apulie qui cognominatur.
Mediolanum danuo huic contrariatur.
De probrosis ficubus ulcisci se conatur.
Cesaris in filio tandem superatur.
Plus quam pater filius in his debachatur.
Venit in germaniam uictor et laudatur.
Iurant cuncti principes si premoriatur.
Puer de apnlia quod substituatur.
Friderich imperio post hoc captiuatur.
Postquam pater inclitus dolo toxicatur.
Natum petunt principes sed his denegatur.
Tandem in discordia duo eliguntur.
Otto dux de brownwich philippus dicuntur.
Ambo clari principes sed interlocuntur.
Fratres cum Innocencio ottoni iunguntur.
Duci de Zeringie littere scribuntur.
Scripte decretalibus sed bene leguntur.
Horum casu singula bene perpenduntur.
Otto fidens uiribus leo consignatur.
Dignus et imperio rite coronatur.
Ferrinando comiti flandrie sociatur.
Contra regem francie et infatuatur.

Rubr. Hic fugatur per regem francie. Otto.

Per hunc sic theutunicus pudor deuiatur.
Magnus fortis stolidus campis effugatur.
Ferrinandus flandrie comes uinculatur.

Prc quo turris maxima parisius paratur.
Philippus coloniam intrare conatur.
Babinberch occiditur. Otto consecratur.
Et per eminenciam stature laudatur.
Tyrannizat clericus per hunc blasphematur.
Manum dans ad fetida excommunicatur.

Rubr. Hic generale concilium rome celebratur.

Magnus Innocencius late predicatur.
Quo generalissimum rome celebratur.
Concilium quod omnibus priscis prerogatur.
Celebratis antea per quem illustratur.
Quidquid antea latuit scriptis decoratur.
Lumen hic ecclesie cleri flos ornatur.
Rite laudum tytulis et magnificatur.
Prodit constitucio iusque limitatur.
Clericus ecclesia sit contentus sola.
Post hoc magni cesaris nepos euocatur.
Hic eiusdem nominis puer nominatur.
Friderich conspicuus. Ottoque fugatur.
Hic per Innocencium cesar consecratur.
Anno ducentesimo milleno notatur.
Clericus cum imperio mire tranquillatur.

R. Hic considera aduentum predicatorum qui Iacobite pisis uocantur. Anno domini M°. cc° xij.

Post hoc anno vij. surgunt iacobite.
Nigras cappas deferunt spargunt uerbum uite.

Rubr. Hic fratres minores.

Nonoque gregorio sed et cordelite.
Nudum christum predicant ut israhelite.
Veri nudis pedibus omnes miserantur.
Et per christi famulos pie prouocantur.
Prodit sapientia scismata dampnantur.
Per hos duos ordiues begine uelantur.
Isti tunicatibus solum commorantur.

Et

Et de euangelio uiuunt et lucrantur.
Desperatos plurimos euangelizantur.

R. Hic uenit regula sororum de sancta magdalena.

Post non multum temporis surgit magdalena.
Cum suis sororibus christi laude plena.

R. Isti solum in lonpardia sunt.

Ad hinc in italia sunt humiliati.
Qui iurare rennuunt et sunt vxorati.

R. Hic fratres cum duplici stella. hic illi de pata.

Veniunt et alij fratres constellati.
De hinc christi milites surgunt gladiati.
Fortes atque strennui sic legitimati.
Qui exacti debitum bis ebdomadati.
Soluunt et sunt alias caste coniugati.

R. Hi sacciti qui bononie sub alexandro iiij. se locarunt.

Noua demum concio consurgit saccorum.
Alexandro preside quarto romanorum.
Saccum foris de intus uestitus pannorum.
Deferunt hi rennuunt usum calciorum.

R. Hic fratres sanctorum martyrum.

Fratres de martyribus surgunt rubricati.
Signo crucis pectore manuque signati.
Cappis clausis alias uestibus albati.

R. Hic fratres virgulati.

De carmelo ueniunt fratres virgulati.
Hij ut uulgo dicitur fratres sunt beati.

R. Conclusio de horum uarietate.

Cuncta iam religio sic uarietati.
Differt ab extrinseco uincta unitati
Conformis ut placeat christi veritati.
Dicimus communiter pie recolentes.
Qui nati sunt pro patribus filij accrescentes.
Ad culturam fidei simus reuertentes.
Habitu monastico quoscunque tegentes.

Nil facit diuerſitas hic capuceorum.
Vbi manet vnitas fidei iunctorum.
Sed dat efficaciam uirtus collatorum.
Fides vnum brauium monſtrat diuerſorum.

R. Dux leupoldus redijt a terra ſancta.

Ante dictos ordines vno luſtro pono.
Leupoldus dux auſtrie fortis dei dono.
Poſtquam ſuo milite thameat (*Damiatam*) proſtrauit.
Terra ſancta rediens regem captiuauit.
Richardus de anglia ſterlingis ditauit.
Quoſque muros auſtrie prvdens inſtaurauit.
Opera munifico clauſtrum conſumauit.
Lilieueld. et vnico luſtro poſt migrauit.
Ad celos. eccleſie pacem reformauit.
Diſcordes imperio pace tranquillauit.
Hic perennem tytulum ſibi comparauit.
Pacis hic nutricius lites complanauit.
Diſcordantes principes pie concordauit.
Eccleſias in auſtria dux hic non grauauit.
Nec uectigalia petere curauit.
Sed collapſas inclitus iudex inſtaurauit.
Illibata cuique iura conſeruauit.

R. Hic de duce Friderico.

Huic ſucceſſit unicus friderich ut dauid.
Qui potenter principans terras gubernauit.
Hic uicinos principes dire circinauit.
Non patriſſans terminos ſuos ampliauit.
Armis militaribus ſe magnificauit.
Iuuenili motui ſupra modum fauit.
Ex hoc famam propriam crudelis nigrauit.
Baronum inſtancia ceſar inuitatur.
Ex edicto curia wienne celebratur.
Concors cohors militum conuociferatur.
Abſens dux clamoribus multis accuſatur.
Suorum ſententia morti reus datur.
Pauper dux efficitur et exhrredatur.

Prin-

Principes et milites huic contrariantur.
Clerici cum rusticis bonum imprecantur.
Dolis ut uenabulis sic acuminantur.
Latent in Insidijs mortem machinantur.
Temptant uadunt ueniunt sed non prosperantur.
Cateruatim exeunt nemora secantur.
Secantes militia styrie tutantur.
Prorupit de Medlich dux cui comitantur.
Fortes pauci numero secantes fugantur.
Resistentes eminus dire uinculantur.
Wiennenses et principes demum anxiantur.
Nuces edificia coquinis cremantur.
Extra muros ludere stultum arbitrantur.
Animantur pariter exire conantur.
Fames tribulacio wienne geminantur.
Panis caro deficit canes venumdantur.
Principes cum cesare sic consiliantur.
Prelati milicia tota concedantur.
In triginta milibus ciuitas uallatur.
Noua de qua prosilit dux et gratulatur.
Cum quingentis insilit et his debachatur.
Occurrens cum gaudio fallanx dissipatur.
Claraque milicia terra consternatur.
Frisingia patauia patribus fraudatur.
Vtraque quiuis abicit arma leuigatur.
Wiennam que deproperat campus uenustatur.
Clypeis toracibus cesar conturbatur.
Abire principibus tantum reputatur.
Abeunt. sed sarcina pignus obligatur.
Duxque fortis robore per uim roboratur.
Omnes proni redeunt facies ornantur.
Palthearum omnium wienne renouatur.
Gaudenter ab omnibus rite ueneratur.
De triumpho nobili dux hic collaudatur.
Vrbes castra menia wiennaque donatur.
Pacem cesar federat et congratulatur.

Duci

Duci quem offenderat ſimultas temptatur.
Vadit nec reuertitur ſed nec ſerenatur.
Regno laudum tytulis dignum ceſar fatur.
Sicque pacis federe ueronam uocatur.
Vbi claro milite fultus decoratur.
Ab euentu dubio dolus inſtauratur.
Duci. nam crepuſculo bellum intentatur.
Doloſus ytalicus falera ſtipatur.
Cumanus. theutunicus duxque mox armatur.
Et in pontis medio feſtum celebratur.
Iaculis et enſibus et lancis foratur.
Latus tunc ytalicum tandem quies datur.
Gracioſus redijt paxque ſimulatur.
Ars ut artem falleret dux exhilaratur.
Ceſaris ad pallacium palam cuncta fatur.

Rubr. De aduentu tartarorum.

Poſt hoc anno tercio malum innouatur.
Omnibus exicium tartarus minatur.
Anno quadrageſimo chriſti prenotatur.
Ducentis milleſimus. quo depopulatur.
Polonus et vngarus tunc exterminatur.
Eſſe prope deſiit et ſol obſcuratur.
Credo corda ſaxea. ſi bene cunctantur.
Tartarorum rabiem ſciſſa miſerantur.
Nam uiciſſim coniuges miſere uocantur.
A parente filij dire iugulantur.
Filie tenerrime matri cibus dantur.
Beſtiarum dentibus quique lacerantur.
Quodam nam tugurio pingues tres ſalſantur.
Sacerdotes cogniti ab vno necantur.
Vngaro et ipſum. uicibus uorantur.
Idem vt confeſſus eſt captus ſubterrauit.
Sexaginta capita iuuenum non expauit.
Contrectans atrociter carnemque uorauit.
Interemmi circulo miſer non uegauit.

Que

Que de latitudine regni conſcribantur.
Cum hec in tugurio paruo perpetrantur.

Rubr. Comparacio luctus Ieremie ad luctum in
ceci punicorum per tartaros.

Quid Ieremias lugeat natos ſedechie.
Ieruſalem deſtrvitur lugent ſyon uie.
Quod non ſint qui ueniant ad ſollempnitatem.
Matrum in animis queritur eſſe nuditatem.
Lactauerunt lamie catulmitatem.
Si cunctantur uideas fantaſcitatem.
Aduertes ne dixerim non mortalitatem.
Comparatam reputa babylonitatem.
Ad tartarorum rabiem et crudelitatem.
Nil fuiſſe panibus illi ſaturantur.
Paruuli de panibus edunt ſi frangantur.
Proch dolor hi paruuli dente maſticantur.
In trimatu milia multa ſic uorantur.
A parentum manibus uerubus aſſantur.
Omnes agni beſtie in lupos mutantur.

Rubr. Hic uacauit ſedes duobus annis et dimidio.

Roma luſtro medio papa uiduatur.
Poſt hoc innocencio quarto gratulatur.
Lugduni concilio hic magnificatur.
Edicto peremptorio ceſar euocatur.
Qui pro contumacia rite promulttatur.
Diffinitiuo denuo contra eum datur.

R. Hic a plando innocencio magnifico inde
capita et non utriuſque hō. et franci inue-
nias. (a)

Iure fauet froneſis patri tam clementi.
Notet quem ſynderesis tytulo fulgenti.
Nominis diſcrecio prebet ſpem gementi.
Omen das terrigenis pater innocenti.

Corde

(a) Ita omnino Codex.

Corde carens carie carmina cunctare.
Erus eris eligans dyogenizare.
Nota meque dubium ſtatum declarare.
Cleri tu preſidium ſpeculum ſolare.
Incunctanter diceris iubar ſabitare.
Virtutum progreſſibus vox ueri uos ueneramur.
Sydus ſincerum modulamen ſuſcipe verum.

R. Nomen Friderici.

Fraus ſimultas odium furor generauit.
Fampnus in eccleſia ſpine pullulauit.
Iuno gazas farciens rampnos ampliauit.
Dorcadis officium per hunc exultauit.
Erumpnoſo ſtipite probe cumulauit.
Radix virus ſiciens que et propinauit.
Ydibus hic cuſpidibus cultros cruentavit.
Codex aſtro labitur nares perforauit.
Vmbram legis coluit ſatis prophanauit.
Seuit hic uiperee natos dum necauit.
Id quod propinauerat bibens ſauciauit.
Cultores eccleſie fartem hunc proſtrauit.
Quartus innocencius cui deus fauit.
Diffinitiuo calculo illum reprobauit.
Qui uictus in uictoria ſe humiliauit.
Preceptis eccleſie finem conſignauit.

R. Hic heinricus rex de ſardinia capitur.

Ad hec de ſardinia bononiam pulſauit.
Rex. ſed huic bononia pugnax uinculauit.
Vinctum quoque vinculis pacto mancipauit:
Qui vinctus perpetuo ſit et hoc iurauit.

R. Anno domini M°. cc°. xxiiij°.

Ab hinc luſtri termino franci conſignantur.
Terram ſanctam adeunt ſed ſub peditantur.
Super ire deſinunt cum ſic ſubſanantur.
A pagis rex et francigene quique captiuantur.

R.

R. Hic intritus paſtor.
Paſtores pariſius euangelizantur.
Nonaginta milibus clerici fugantur.
Tandem de monerijs ulcioni dantur.
Brugis. et burdegalis prorſus extyrpantur.
R. Hic mors friderici. ducis et victoria.
Poſt hoc. xv°. menſe debachantur.
Cumani per auſtriam mala ſuſcitantur.
Et hinc inde prelium forte bucinantur.
Terga uertit vngarus duxque uictor datur.
Fraus antiqua pullulat dolus non celatur.
Dux per ſuos milites heu clam neci datur.
Hoc comperto protinus malum inſtauratur.
Vngarus regreditur. auſtria uaſtatur.
Flet dolet et eiulat iuſte lamentatur.
Quod ſic orba principe tanto induatur.
R. Hic hermannus de badin.
Tandem caſualiter neptis copulatur.
Heinrici ducis filia marchioni datur.
De badin quo filius tandem generatur.
Fato mortis denuo principe priuatur.
Terra. rurſus petitur ſoror et uocatur.
Predicti ducis inclyti que regina data.
Erat et imperio deſtinata.
Imperatoris filio eſt tunc copulata.
Heinrico ſollempniter aquis coronata.
Heinricus a ceſare patre neci datur.
R. Hic Margareta regina.
Porro per hanc auſtrie ut ſubueniatur.
Otakaro boemie regi copulatur.
Per quam pax et gloria terris augmentatur.
R. Hic morauia vaſtatur.
Hunc heredem vngarus dolens ſuſpicatur.
Fremit. id morauiam quam depopulatur.
Morauus. auſtralicus. paſſim uenumdatur.
Sacerdos occiditur. ſacrum prophanatur.

Quisque conſcientiam ream iſtos deteſtatur.
Quelibet religio nec his inclinatur.
Miles hic et clericus quiſque ſauciatur.
Doctor cum diſcipulo pro chriſto nudatur.
Sed obducta facie finis improbatur.
Hunc. Zelum domini. ſed infatuantur.
Sine ſapiencia. caſſo gloriantur.
Dum ſulcantur tergora. euangelizantur.
Cerdones pro paſtoribus hi non conſecrantur.
Nec hos miſit dominus ergo reprobantur.
Boni cleri dogmate conſcandalizantur.

R. Anno domini M°.cc°.xxiiij°.

Poſtquam anno vnico imperium uacaſſet.
Wilhelmum de holandia papa demandaſſet.
Coronari. friſones nolunt ſubiugari.
Tandem uicti precibus precioque parari.
Spondent armis bellicis ſibi ſociari.
Aquis grani ueniunt ubi lanceati
Iaculo confodiunt plures. coronantur.
Capto burgo. frankfurt ſatis proſperatur.
Rex chunradus prelio per hunc ſuperatur,
Redit id ad friſones per quos neci datur.

R. Nunc de vredine iſtarum terrarum.

Poſt hoc anno decimo et vij°. dum eſſet ſol leone.
Auſtria boemia. concremacione.
Aeris incendio ſi e regione
Solis ſphera detulit arefaccione.
Quod flammas emicuit. et ſterilitatem.
Satis multam prebuit et anxietatem.
Altis terris accidit reuerberacione.
Radiorum firmiter ſi de racione.
Horum te in miſceas coſtellacione.
Sompniabis forſitan cyrinacione.
Si per nares circulus reuolucione.

Se

Se patenter prebeat fit hoc auerſione.
Nubium contrarium ſit comploſione.
Qui humores deferent terras et irrorant.
Ac ſacrorum copiam ſpirant et odorant.

R. Nota de ſtella cometa que cometes dicitur.

Poſt non multum temporis feruori parturiuit.
In humore aeris quando nox abiuit.
Quinque comas lucidas ſtellaque uocatur.
Comatam. quiſque ſciolus qui nares perforauit.
Prelium dogmatibus quiſque maſticauit.
Portentis pro noſticis doctus ſompniauit.

R. De cauſalitate precedentis.

Ex natura calidi et uaporis ſtare.
Credas. uapor calidus ſiccus. dum aſcendit.
Ad incenſum aeris natura non deſcendit.
Sed rurſum ad terminum ignis inflammatur.
Et ex orbis motibus comis radiatur.
Si uis hic perfectius uide metheororum.
Quo in galaxia et aſſub uaporum.
Prebeant ymagines ut perpendicularis.
Ignis lignis inſitus longus et ſtellaris.
Linque uaticinia de his tunc probaris.
Veritatis famulus et iuſtificaris.

R. Hic fugat otto rex per mogonciam Wilhelmum regem et abbatem ſancti galli.

Cunradus per apulos heres inuocatur.
Princeps fauet facie cordeque triſtatur.
Conuocat miliciam neapolis uallatur.
Dolet hoc eccleſia que ſic proſperatur.
Plena bonis ciuitas tandem ſubiugatur.
Neapolis et dominus rex intoxicatur.

R. Iſte pecuniam magnam caſſo colonienſibus diſtribuit.

Anglicus. yſpanicus. rex eſſe temptauit.
Quiuis ſe pro uiribus caſſo fatigauit.

Mein-

Meinfridus ſpurius ſibi uendicauit.
Chriſti matrimonium. diu prophanauit.
Quia cardinalibus aurum propinauit.
Cardinalis principem hunc iuſtificauit.
Propter quod eccleſiam nemo releuauit.

Rubr. Clemens papa iiij. de francia inuocat francos Anno. M°. cc. lxvj°.

Karolum de francia francus papa uocat.
Apuliam ſiciliam. iure ſibi locat.
Si Meinfridum principem ſic exhereditaret.
Regnum et imperium ſibi coaptaret.
Qui temptauit pluries ut hoc ſuperaret.
Miles ut ytalicus ſe exercitaret.
Accidit in benyamin uite culpa ſtaret.
Romanus cum Karolo crebro terga daret.
Cernas hic hiſtoriam peto lector a te
Poſtquam culpe Karoli ſic ſunt expiate.
Suos francos inuocat et humiliate.
Crucis chriſti tytulum predicatum late.
Pretendit quo titulo turme ſunt ſignate.
Proſternuntur apuli cum anxietate.
Et ſtipendiarij iacent deſolate.
Extirpatur beniamin cum rapacitate.
Hoc magnum eſt ytalie quod ſic proſperatur.
Karolus in iunio ſic magnificatur.

Rubr. Hic ſmaragdus archiepiſcopus colocenſis occiditur eodem anno.

Poſt hoc vngaria malum perpetratur.
Facinus, in iulio ſmaragdus necatur.
Archipreſul inclitus. dire trucidatur.
Colocenſis proch dolor patre uiduatur.
Eccleſia. pro reliquis male hic minatur.
Cleri flos et inclitus doctor decretorum.
Impiorum manibus cecidit ſeruorum.

Lu-

Lugeat ecclesia laus apostolorum.
Gloriosus artifex spectatur celorum.
Et inuisibilium doctor secretorum.
Paulus Colócensibus scribens desolatur.
Nam uotiuo tytulo his patronus datur.
Quibus ipse tytulus pridem iam nudatur.
Cum pastore taliter tanto nunc orbatur.
Sancte paule primitus per te instituta.
Colocensis cathedra grecis tunc imbuta.
Nunc collapsa fluctuat. huius attributa.
Gregem flentem visita. mater destituta.
Patroni presidió. quomodo sit tuta.
Nisi tu prouideas spectabis acuta.
Iugulabit filios matris desolate.
Respice propitius vindicetur a te.
Sanguis hic innoxius tibi sunt delate.
Lacrimarum stillule non dum consolate.
Sola cum ecclesia tibi cathedretur.
Nec scio que alia paulo tytuletur.
Nouo quin eminus ipsa consoletur.
Colocensis domina mater. instauretur.
Per te paule nobile lumen et letetur.

Rubr. Anno dominí. M.cc.liij.

Ante hoc maguncie sic excasparatur.
Archipresul proch dolor qui duci minatur.
De prunsweich conueniunt pugna vinculatur.
Moguntinus ebersperch comes furcis datur.
Paruipendit inclitus dux si moriatur.
Comes in patibulo presul redimatur.
Per regem qui noviter aquis coronatur.
Wilhelmum qui precio ducem exhortatur.
Vt det archipresulem. et sic liberatur.
Anno post hoc decimo dux. hic captiuatur.
Pugnax a pugnantibus misne cathenatur.
Tandem centum milibus marcis liberatur.

U Cle-

Clemens papa karolum apulis prefecit.
Regnaque finitima francis hic ſubiecit.
Karolus odibilem incolis ſe fecit.
Manum ſtringens. ritibus horum ſe obiecit.
Tumet francus ſolito regnum conturbatur.
Queritat refugium querens anxiatur.
Tandem pro ſubſidio ſpes lombardis datur.
Mittunt et circumſtrepunt. heres inuitatur.
Chunradi regis filius. in quo gratulatur.
Lonbardus et apulus ex hoc prouocatur.
Papa cum francigenis ſic conſiliatur.
Puer cum complicibus excommunicatur.
Innocens. ſentencia tali condempnatur.
Heres hic apulia crebris excitatur.
Nuncijs muneribus animus paratur.
Iuuenilis proch dolor et ſic inclinatur.
Ad partes heſpereas ueronam uocatur.
Occurſu magnifico fallax augmentatur.
Cum certatim confluunt puer honoratur.
Puer puerilia cernens delectatur.
Nec etatis racio huic ſuffragatur.
A ſuis relinquitur et lombardis datur.
Ciuium rumoribus, creſcens eleuatur.
Hunc heredem Karolus dolens ſuſpicatur.
Conſors ipſi puero puer ſociatur.
Fridreich de iudenburch claruſque ſperatur.
Auſtrie legittimus heres. et notatur.
Ambo ſimul ſtrennue ſic exercitantur.
Annis puerilibus francique triſtantur.
Fama mundo celebri ſic tyrones dantur.
Quiuis puerilibus annis decorantur.
Reſiſtentes ſepius campis effugantur.
Sors hec breuis proch dolor fama uenuſtantnr.
Sed ſorores properant filio ſiniſtrantur.
Dubijs euentibus uotiſque fraudantur.
Fridericus ſignifer primus aduocatur.

Puer

Puer talis puero ſeneſcalcus datur.
Ordinantur acies ſepe proſperatur.
In expertus teuates iuvenes conatur.
Predam non uictoriam francis ſubſannatur.
Auidus teutunicus preciando predatur.
Et cum predam contigit cohors diſſipatur.

Quis ſit innocencie locus dubitatur.
Cum pro culpa patris filius iudicatur.
Denuo francigene prvdenter armantur.
Pueri recordibus lombardis iugantur.
Suis complicibus campis ſociantur.
In congreſſu ſtrennuuii karolo ſtipantur.
Qui cum fugam ſimulant predam ſuſpicantur.
Iuuenes hinc gallici mire debachantur.
Inſperante denique uicti roborantur.
Teutunici francigenis preda mortis dantur.
Laudes et preconia iuuenum fuſcantur.
Quo ſeſe preſidio pueri tueantur.
Pueri lugubiter ſtype deſolantur.
O fraus et doloſitas iude proditoris.
Lugeo diſpendia fidi ſenatoris.
Simultas et odium latens ſunt doloris.
Cauſa peſtilencie caſtrum furoris.
Portus thome comitis caſtrum proditoris.
Nefandi. iuſticia ſit ultrix conditoris.
Heu lex nunc cornelia et flagicioſa.
Tacens de ſycarijs ultrix glorioſa.
Diſſimulans flagicia dijs odioſa.
Thome ſi ſic crimina ultra quam probroſa.
Vltorem effugiant prorſus lamentoſa.

Thome dicti. fidei cuius comittuntur.
Ambo clari iuuenes Karolo traduntur.
Item papa conſulit inter hoc coluntur.
Irti ſiue iuuenes. culte ueſtiuntur.

Responsoque curie gladio plectuntur.
Latronum cum socijs iugulo subduntur.
Senator arcerijis viuus eneruatur.
Karolo cupiditas furor dominatur.
Quo matrona nobilis uirtutum iuuatur.
Fides. cum constancia in yma mergatur.
Que uirtutum anchora calli predicatur.
Exspirare cominus spes iam censeatur.
Honestas que publice miser morum datur.
Querit ex nunc latebras et obtenebratur.
Petitur sentenciam nec iam apponatur.
Quia per hoc facinus palam religatur.
Honestas que actenus est patrocinata.

IN

IV.

IN CHRONICON CREMIFANENSE

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I.

Chronicon Cremifanenſe, quod in Auguſta Bibliotheca inter profanos hiſtoricos numero LXXXII. locum habet, a Clauſtroneoburgenſi, nunc primum allato, ſeiungi non debet. Utrumque enim Hermanni Contracti chronico, veluti fundamento innititur, a quo initium ſumat, et quod ad ſua usque tempora proſequatur. *Cremifanenſis* nomen huic Chronico adſcribimus; qui enim illud pervolverit, ex frequentiſſimis locis facillime intelliget, Compilatores illius (nam plures eorum fuiſſe tam ex annorum ſerie, quam ex characterum atque etiam ſtyli diverſitate perſpicuum eſt) in hoc coenobio vitam exegiſſe. Porro Cremifanenſe Ordinis Sancti Benedicti in Auſtria ſupra Anaſum Monaſterium iam inde ab eo tempore, quo a Taſſilone II. potente Baioariæ Duce anno poſt Chriſtum natum 777. fundatum eſt, a Viris, tam religioſæ vitæ diſciplina, quam litterarum ſtudiis, quantum ferrea illa ſæcula ferebant, commendatis celebritatem conſequutum fuerat. De eo ſi quis uberiora deſiderat, Simonis Rettenpacher Annales Cremifanenſes Salisburgi 1677. et Maria-

ni Pachmayr historico-chronologicam seriem Abbatum et Religiosorum monasterii Cremifanensis, Styræ 1777. editum consulat. Fuere itaque semper in hoc celebri asceterio viri, qui rerum gestarum adnotandarum curam susciperent. Ex his, præter Codicis nostri Auctores, Bernardus Noricus, et Sigmarus, ambo eiusdem Monasterii versus sæculi XIII. finem alumni, quorum lucubrationes copiosæ in codicibus manuscriptis usque ad nostra tempora servatæ sunt, præcipue recenseri merentur. Ac Sigmari quidem Archiepiscoporum et Episcoporum Laureacensium ab Urolpho, qui anno 804. eius Ecclesiæ pallio insignis fuit, usque ad Altmannum elenchum, cui in margine res sui Coenobii adiecit, subiunctumque Abbatum Cremifanensium usque ad Fridericum I. catalogum, proximo volumine in lucem proferam. Quod Bernardi Norici vero præstantia et copiosa scripta, quæ Hieronymus Pez S.R.A.T.I. pag. 689. sq. et Marianus Pachmayr l.c. Parte II. pag. 172. sqq. recensent, attinet, certe historiæ patriæ studiosi omnia vota sua meis coniungent, ut eruditissimi Cremifanenses hæc cimelia non solum ad privatos usus, quod Simon Rettenpacher et Marianus Pachmayr præstiterunt, convertant, et brevia solum excerpta impertiantur, sed integra opera, ex quibus longe illustriora commoda hauriri possint, cum litterato orbe communicent.

II. Sed ut ad Codicem nostrum redeam, primus illius Compilator sub sæculi XII. medium huius Benedictinæ familiæ religioso coetui addictus fuit. Nam postquam ab Hermanni Contracti Chronico initium sumsisset, illudque usque ad annum 1142. admodum eleganti et semper æquabili charactere prosequutus fuisset, subiungit: *hoc anno liber iste scriptus est*, eodemque tempore calamum posuisse videtur; reliqua enim Chronici pars, quæ usque ad annum 1220. pertingit, pluribus diversisque manibus, illius ætatis notas referentibus, scripta est. Posterioribus annis alius successit, qui novam operam huic codici impendit; is enim tam ad vetustius Hermanni Contracti, quam ad recentius contubernalium suorum chronicon, non paucas interpolationes subiunxit, tum ad Baioariæ et Austriæ, tum ad monasterii sui historiam spectantes. Hunc interpolatorem sæculi XIV. initio Cremifanum incoluisse deprehendo, partim characteris indicio, partim ea nota persuasus, quam ad annum 1194. in margine adscripsit: *istud quoque contigit similiter anno domini M. ccc. xv.* Itaque in hoc Codice edendo Hermanni Contracti chronicon, quod passim typis repetitum invenitur, prætermitto, & in eius locum ad designatos annos solas Interpolatoris additiones exhibeo:

beo: deinde ab anno 1013; quo primus Compilator, nisi me iudicium fallit, eventus a se notatos scribere coepit, Chronico *Cremisanensis* nomen tribuo, illudque usque ad annum 1220. una cum subiunctis interpolationibus, quemadmodum in autentico codice exstant, integrum produco, ita tamen, ut easdem interpolationes, adiectis vocibus: *alia*, vel *Interpolatoris manus* a reliquo chronico studiose discernam.

III. Præter alia tam primus Cremisanensis Chronographus, quam Interpolator diligentissimum studium posuerunt in exponenda Abbatum Monasterii sui serie. Neque minore diligentia in adnotandis Archiepiscopis et Episcopis seu Laureacensibus seu Patauiensibus, in quorum Dioecesi Coenobium Cremisanense situm est, usi sunt. Pari cura idem primus Chronographus præcipua quædam Baioariæ Ducum et Principum facta arctiore stylo complexus est, propterea quod illa regio, quam hodie Austriam supra Anasum nominamus, et qua Cremisanum quoque comprehenditur, usque ad annum 1156. Baioariæ Principibus pareret, quorum liberalitate Cremisanense Monasterium fundatum est. Cum vero primum in hac nostra orientali regione Marchiones ab Imperatoribus constituti sunt, qui eamdem vicaria protestate regerent, eorum quoque seriem pertexere, et facta simili brevitate recensere non prætermiserunt. Quam feliciter hæc omnia ab eis præstita fuerint, aut, si mavis, quam frequenter in anachronismos, aliosque historicos errores inciderint, non est, neque huius loci, neque mei instituti operosius perscrutari; hæc enim disquisitio ad criticorum Historicorum tribunal pertinet. Non possum tamen me a commemorando insigni quodam anachronismo cohibere, quem, nisi hoc loco dispescam, metuo, ne fides, quam hoc Chronicon ceteroquin sibi vindicare videtur, labefactetur, et in vehementem suspicionem adducatur. Nam hoc præsens Chronicon Cremisanense ad Annum 920. disertis verbis ait: *Levpoldus primus Marchio in avstria est creatus post Rvgerum comitem de Preclara:* tum rursus ad annum 1012. *Heinricus Leutoldi filius secundus Marchio in Austria sine heredibus obiit*, quem anno 1018. mortuum esse Austriaca historia docet: ac demum recte ad annum 1056. *Adalbertus marchio Austrie obiit.* Hunc postremum anno 1056. ut in nostro Codice asseritur, e vivis decessisse, Scriptores Austriaci atque in primis celebratissimus Callesius A. A. T. I. pag. 356. sq. unanimi consensu adfirmant. Itaque cum ab eodem Callesio l. c. pag. 285. & 315. aliisque melioris notæ Austriacis Historicis certis testimoniis probatum sit Adalbertum *Victoriosum* Leopoldi Illustris, primi Au-

striæ

ſtriæ Marchionis filium fuiſſe, quo pacto veroſimile haberi poterit, Leopoldum patrem, eoque mortuo duos eiusdem filios Heinricum et Adalbertum non interrupta ſerie per centum triginta ſex annos, nempe ab anno 920, usque ad annum 1056. orientali, id eſt, Auſtriacæ provinciæ cum ſuprema poteſtate præfuiſſe? Præter hæc a clariſſimo Franciſco Ferdinando Schröttero, Viro patriæ hiſtoriæ et Iurium Auſtriacorum peritiſſimo Iur. publ. Auſtr. diſſertatione I. pag. 11. item ſpecim. hiſt. pragmat. Auſtr. pag. 98. ſqq. ac item hiſtor. Auſtr. T. I. pag. 141. ſqq. ſententia, qua aſſeritur, Leopoldo Illuſtri, primo e gente Babenbergica Auſtriæ Marchioni huius Provinciæ adminiſtrationem cum vicaria Imperatoris poteſtate ante anni 983. finem, aut 984. initium non fuiſſe traditum, eumdem tamen anno 985, certiſſime hoc munere inſignitum fuiſſe, tam firmis argumentis ſtabilita eſt, ut, meo quidem iudicio, veluti demonſtrata et hiſtorice certa haberi debeat. Quod ne Cremiſanenſis Codicis fidei et auctoritati obſit, diligenter attendendum eſt, ea, quæ de Leopoldi Illuſtris in Auſtriam adventu, et Heinrici, eiusdem filii, ſecundi Auſtriæ Marchionis ſub annum 1012. obitu in laudato codice leguntur, non primi Compilatoris, ſed duobus pene ſæculis recentioris Interpolatoris manu adnotata fuiſſe, quippe quem ſæculo XIV. ſcripſiſſe ſuperius oſtendi; hunc vero erronea aliorum codicum auctoritate deceptum, et critices regulis deſtitutum in huius generis anachroniſmos facile prolabi potuiſſe nemini mirum videri debet. Idem omnino iudicium de iis ferendum eſt, quæ ad annum 984. de conſtituto in Germania ſeptem Electorum numero leguntur; ea enim totidem verbis ex recentiore Chronographo deſcripta, et in hunc codicem ab Interpolatore illata fuiſſe manifeſtum eſt. — Atque hæc ſi rite, uti par eſt, obſerventur, tuta et integra futura eſt præſentis Cremiſanenſis codicis fides et auctoritas.

IV.

IV.

ANONYMI CREMIFANENSIS.

INTERPOLATIONES

CHRONICI HERMANNI CONTRACTI,

AUSTRIAM SPECTANTES.

CC.LXXIII. Beatus Maximilianus Lavreacensis archyepiscopus a numeriano martirizatur apud vrbem celeiam.

CC.LXXXVII. Hoc tempore martirizatus est beatus Mauricius cum sociis suis. sub Marcellino papa. et S. Vincencius levita Martyr. Item apud Lavreacum S. Florianus cum aliis martirio coronatur.

CCCC. S. Constancius Archiepiscopus Lavreacensis et S. Seuerinus confessor. De hoc legitur quod ante missam integrum psalterium legerit. quod Celestinus papa constituit.

D.VIII. Gens noricorum et wawarorum duce Theodone romanis eiectis ad proprias ſedes reuertuntur. et patauia reficitur deſtructa.

D.XVIII. Erchernfridus epiſcopus ſedit patauie.

D.XX. Romanus exercitus apud ôtinge a wawaris proſternitur.

D.XXIIII. Sanctus Rvdbertus ex regali francorum proſapia ortus. in Wormacia fit antiſtes. qui Theodonem ducem wawarie cum multis proceribus baptizauit. Hic ſanctus apud Iuuauiam epiſcopatum fieri procurauit. Hic eciam apud Lavriacum Sancte Marie eccleſiam conſecrauit.

D.XXXVII. Theodo dux primus wawarie obiit. Vdo ſucceſſit filius eius.

D.XLIII. Hoc tempore beatus Mavrus in galliam venit. et florus palatinus ab ipſo pecijt ſibi monaſterium fabricari.

D.LXV. Vdo dvx ſecundus wawarie obiit. Theobaldus ſuccedit.

D.LXVII. Gariwaldus ducatum wawarie occupat.

D.LXXX. Hildebertus filius Clodouei (*a ſecunda manu* vel Sigebertus filius Lotharii) rex francorum Taſſilonem. wawarie prefecit. Gariwaldo eiecto.

D.LXXXXVIII. Erchenfridus archiepiſcopus Lavreacenſem et patauienſem eccleſiam rexit. cuius tempore beatus Rvdbertus wawariam venit.

D.LXXXXVIIII. Gariwaldus iterum regnum wawarie occupauit.

DC. Otarius rex Longobardorum. huius Gariwaldi regis filiam Theodelindam accepit vxorem. hec fuit beatiſſima et religioſe chriſtiana. que eccleſias conſtruxit. et Sanctum Iohannem baptiſtam patronum habuit. Habuit quoque fratrem Gvndoaldum regem Longobardorum. qui fuit avvs Chvniberti regis Longobardorum. Iſti Chvniberto contigit res miranda de Mvſca.

DC.XIIII. Taſſilo iterum rex bawarie efficitur.

DC.XV.

DC.XV. Vilo romanus archyepiſcopus ſedit Lavreaci. (xlv. annos ſedit.) ante quem et ſub quo Erchenfredus ſedit apud patauiam. Huius tempore Iuuauie conceditur habitare ſanctus Rvdbertus. a principibus francorum et wawarie.

DC.XXIIII. Otacherus epiſcopus ſedit pataule.

DC.L. Grimoaldus dvx wawarie conſtituitur a regibus francorum Dagoberto. et Heriberto. ſub hoc duce Dagobertus rex Francorum dedit leges wawaris. quibus imperauit.

DC.LX. Bruno archyepiſcopus Lavreacenſem et pataulenſem ecclesias rexit. xxiij. annis.

DC.LXXX.VII. Circa hec tempora ſub Conone papa. Sanctus Kylianus martirizatur.

DC.LXXXXIII. Sanctus Kylianus apud Wirzbürch martirio coronatur.

DC.LXXXXVI. Theodo dvx wawarie per reges francorum efficitur.

DC.LXXXXVIII. Theodorus Lavreacenſis et patauienſis archiepiſcopus. xxiij. annis.

DCC.VI. *Ad Hermanni verba* Adelhelmus epiſcopus uir doctus et eloquens obiit. *addit interpolator Cremifanenſis:* Hic forte eſt qui infra ponitur eſſe Archiepiſcopus Lavreacenſis Antelmus.

Sanctns Lambertus ſub Leone. iii. papa. et Iuſtiniano. ii. imperatore. ab Ebroino principe pippini regis francorum occiditur. Hiis eciam temporibus Sanctus Emmerammus apud Ratiſponam martirio coronatur. ſub Theodone dvce qui in legenda eius dicitur Dieto.

DCC.XVII. Theodo ii. dvx wawarie obiit. Theobaldus et Grimoaldus filii eius. ſibi ſnccedunt.

DCC.XVIIII. Hiis temporibus floruit Sanctus Corbinianus epiſcopus in friſinga. ſub Gregorio papa. et Theodoaldo et Grimoaldo ducibus.

DCC.XXII. Wivilo Lavreacenſis et Patauienſis archyepiſcopus ſedit ſub Gregorio. ij. et iij. et Zacharia

 papis.

papis. cuius corpus Vtilo dvx wawarie transtulit. a Lavreaco in Pattauiam.

DCC. XXIII. Grimoaldus obiit. Hvgwertus successit.

DCC. XL. Hvgwertus obiit. Odilo successit.

DCC. XLI. Vdilo dux cepit construere Monasterium Altahense. Pippinus et Karlomannus reges francorum cum Odilone duce wawarie pugnantes. vincunt.

DCC. XL. II. Hoc tempore vel anno natus est Tassilo ii. dux wawarie.

DCC. XLIII. Pippinus et Karlomannus iterum pugnant cum Odilone ad Lech.

DCC. XL. V. Sedonius Lavreacensis et Patauiensis archyepiscopus.

DCC. XL. VI. *Ad Hermanni verba* sanctus Willibaldus eichstetensi ecclesie primus episcopus a sancto Bonifacio ordinatur: *interpolator Cremifanensis addit:* qui wawarie prouinciam in iiij. parochias et episcopatus diuisit. quod Gregorius. iij. et Zacharias papa confirmauerunt.

DCC. XL. VIII. *Ad Hermanni verba:* Pippinus tassilonem sororis sue filium (*interiicit interpolator Cremifanensis:* Huius tassilonis aui ex matre seu Karoli. I. soror fuit sancta Gerdrudis) baioarie ducem post Odilonem fecit. (*Subiungit interpolator:* expulso fratre suo Grifone. qui bawariam occupauerat.

DCC. LV. Antelmus Lavreacensis et Patauiensis Archyepiscopus.

DCC. LVI. Tassilo ii. hominium pippino ii. regi francorum fecit. presentibus legatis Constantini imperatoris.

DCC. LXV. Odilo dvx wawarie pater Tassilonis ii. obiit. Wiscarius Lavreacensis et Patauiensis archyepiscopus.

DCC. LXVI. Pippinus ii. rex Tassilonem ii. sororium suum wawarie prefecit. et ipse parisius indict. vi. moritur ac sepelitur viij. kalendas Octobris.

DCC. LXXII. Theodo filius Tassilonis ii. ducis wawa-

wawarie ab adriano papa baptizatur. Adrianus primus papa ſedit annis xxiii.

DCC. LXXV. Waldaricus arcyepiſcopus Lavreacenſis et Patauienſis. Sanctus Virgilius Salzpurgenſis.

DCC. LXXVII. Taſſilo ii. filius amite Karoli magni dvx monaſterium CHREMSMVNSTER in honore Sancti ſaluatoris conſtruere cepit. Indiccione prima. anno ducatus ſui xxx°. et dedit nobis primus priuilegium. vxor Taſſilonis Livpirgis dicitur.

DCC. LXXVIII. Fater abbas primus prefuit.

DCC. LXXXII. Hoc anno confirmatur noſtre Eccleſie fundacio atque dotes. a karolo imperatore. petente Waldarico epiſcopo Patauienſi.

DCC. LXXV. Taſſilo dvx wawarie miſit Arn iam epiſcopum Salzburgenſem. et hvnricum abbatem. ad papam adrianum vt eſſet mediator pacis inter Karolum et ſe ipſum.

DCC. LXXXVI. Karolus ii. per alamanniam contra nepotem ſuum taſſilonem ducem ad fineſ baioarie rebellantiſ cum exercitu uenit. tribus turmis. vna in tridentina vrbe locata. altera ad feringam ſuper danubium. tercia ſuper licum.

DCC. LXXXVII. Taſſilo ii. dux baioarie iubente karolo in Nygelhaim (*Ingelheim*) in franciam uenit. et baioaria ſubicitur karolo. vbi taſſilo conuincitur de perfidia contra regem. et cum adiudicaretur morti rex miſertus conſanguinei interrogauit quid eligeret. Taſſilo autem proſtratus coram rege peciit vt in monaſterium iret. et cum filio Theodone iii. ad tonſuram intrauit.

DCC. LXXXVIIII. Karolus cum hvnis de regnorum confiniis contendebat. quod tocius irrupcionis eorum origo fuit. Karolus noſtrum priuilegium fundacionis confirmauit. hoc anno. ſub fatre abbate. quod propter defeccionem Taſſilonis videbatur infectum eſſe.

DCC. LXXXX. Karolus pannoniam regnum hunorum uaſtat. deſtructis municionibus. vna ſita ſuper Cham-

bvm flumen. altera iuxta comagenos in monte Oberg. vſque fluenta arrobonis (raben dicitur. t., gereorenum) vbi danubio miſcetur. per ſarabiam eſt reuerſus.

DCC.LXXXXIII. Faſtrada regina obiit. Karolus magnam ſynodum Ratiſpone congregat. propter hereſym felicis.

DCC.LXXXXV. Karoli tempore. Arn Salzpurgenſis epiſcopus ſucceſſor Sancti Virgilii. Patauienſi eccleſie ſurripuit pallium. Leo. iiii. papa ſedit annis. xx. Hic inſtituit letanias maiores.

DCC.LXXXXVI. Hiis temporibus franci et Germani cantum Gregorianum ſunt edocti.

DCC.LXXXXVIII. Gerolt prefectus wawarie poſt deieccionem Taſſilonis piiſſimus ſignifer karoli in pugna occiditur ab huniſ.

DCCC.II. Hoc anno carolus confirmauit iterato noſtrum priuilegium. rogatv Walderici Patauienſis epiſcopi.

DCCC.V. Vrolfus Patauienſis archyepiſcopus ſucceſſit Walderico a quo defecit pallium. et tranſlatum eſt Iuuauiam (in ſalzburgam.) Fuerunt tamen plurimi patauienſes epiſcopi qui eciam pallio vtebantur.

DCCC.VIII. Hatto epiſcopus patauienſis ſucceſſit Vrolfo.

DCCC.XV. Lotharius rex in wawariam venit et ibi regnauit.

DCCC.XVIII. Hatto arcyepiſcopus patauienſis obiit. et Rincharius ſucceſſit. qui anno vi° per paſcalem papam archyepiſcopus conſecratur.

DCCC.XXV. Ludwicus i. imperator in wawariam veniens regnauit.

DCCC.XXVII. Syghardus abbas prefuit.

DCCC.XXVIII. Hoc anno datum eſt nobis priuilegium a Lvdwico et Lothario filio eius imperatoribus de territorio in Sumerberch ſub Syghardo abbate. et in con-

concilio tractatum est de ix. leccionibus habendis a monachis ante pasca.

DCCC. XLIII. Rincarius arcyepiscopus patauiensis et Lavreacensis obiit. et Hertwicus successit. sed sedes per annum vacat.

DCCC. XLIIII. Hiis temporibus Gregorius iiij. papa. festum omnium Sanctorum per franciam et Germaniam instituit celebrari.

DCCC. LVIIII. Hertwicus patauiensis episcopus obiit. et Ermricus successit.

DCCC. LXVII. Ermricus patauiensis episcopus obiit. et Winchingus successit. quorum studio archyepiscopatus Laureacensis premitur ne adiciat vt resurgat. et Patauiensis exaltatur. vt floreat in eternum.

DCCC. LXVIII. Winchingus patauiensis arcyepiscopus obiit. et Engelmarus successit.

DCCC. LXXVII. Hoc anno datum est nobis primum priuilegium a Karlomanno rege germanie. filio Lvdwici imperatoris. qui continuis tribus annis dedit nobis priuilegia. quolibet anno vnum.

DCCC. LXXVIII. Hoc anno datum est nobis ab ipso (*Arnolfo rege*) primum priuilegium. et secundum. et tercium.

DCCC. LXXXVIIII. Snelpero abbas prefuit. Hoc anno datum est nobis ab eodem (*Arnolfo rege*) iiij[um]. priuilegium.

DCCC. LXXXXI. Engelmarus patauiensis arcyepiscopus obiit. et Richarius successit.

DCCC. LXXXXII. Hiis temporibus gens vngarorum a Schithia egressa a Pincernatis propulsa in pannoniam primum venit. et eiectis avaris ibi vsque hodie permanet.

DCCC. LXXXXIII. Hoc anno dedit nobis (*Arnolfus rex*) vltimum priuilegium. de rebus duorum comitum circa Chamb et Persnikh.

DCCCC.

DCCCC. Abhinc videtur vacasse nostra abbacia. propter desidiam episcoporum Patauiensium. siue infestacionem Hvnorum. qui et vngari nuncupantur.

DCCCC. II. Hiis temporibus cepit imperium diuidi. ita vt quidam Berengarius nomine in ytalia imperaret. quem tamen idem Ludwicus devicit. sed tamen resumptis viribus regnauit.

DCCCC. IIII. Hiis temporibus Gluniacum construitur a Wilhelmo principe Bvrgondie.

DCCCC. V. Richarius patauiensis episcopus obiit. et Purchardus successit.

DCCCC. XIII. Arnoldus quidam dvx wawarie efficitur qui statim imperatori Ch. rebellauit.

DCCCC. XV. Purchardus episcopus patauiensis obiit. Gumpoldus successit.

DCCCC. XVII. Burchardus dux wawarie et alamannie constituitur.

DCCCC. XVIIII. Hainricus comes primus rex effectus regnauit annis. xviiii. Ab hoc uidetur Arnoldus dvx wawarie ecclesias accepisse et per consequens destruxisse. vti de eo Sancti conqueruntur i. leg. (*forte* in legenda.) Obiit Vlricus.

DCCCC. XX. Levpoldus primus Marchio in avstria est creatus. post Rvgerum comitem de Preclara.

DCCCC. XXXII. Gvmpoldus Episcopus patauiensis obiit. Gerhardus successit. Hunc Leo papa pallio donatum Laureacum destinauit.

DCCCC. XXXVIII. Arnoldus dux bawarie tyrannvs interiit. pro quo frater eius bertholdvs ducatvm accepit.

DCCCC. XXXVIIII. Hinc imperium est translatum ab ytalicis ad Tevtonicos. Item corpus Sancti Martini a Tvronis transportatum est Salzburgam. Nam iste Otto ablatum commendauit episcopo Salzburgensi in locum quem voluit deferendum. ipse vero episcopus adtulit in Salzburgam neglecto imperio regis.

DCCCC.XLVI. Gerhardus archyepiſcopus Patauienſis et Lavreacenſis obiit. Adalbertus ſucceſſit. nihil geſſit memoria dignum. quia tum Lavreacenſem eccleſiam warbari crudeliter vaſtauerunt.

DCCCC.L. Sanctus Wolfkangus claruit.

DCCCC.LV. Heinricus dux wawarie obiit. pro quo filius eius Hainricus.

DCCCC.LXX. Adalbertus arcyepiſcopus pataulenſis obiit. Pilgrimus ſucceſſit.

DCCCC.LXXVIIII. Sanctus Wolfkangus epiſcopus claruit Ratiſpone. et Hærtwicus Salzpurge.

DCCCC.LXXXII. Otto dux ſueuorum et bawarorum obiit.

DCCCC.LXXXIIII. Otto tercivſ a Gregorio papa eſt coronatus. Hiis temporibus mortuo hoc Ottone conſtitutum eſt vt officiales imperij eligant imperatorem. qui ſunt vij. ſcilicet tres Cancellarij. ſcilicet Epiſcopus Mogvntinus Germanie. treuerenſis Gallie et Colonienſis ytalie. et quatuor Principes ſeculares. Rex bohemie pincerna. Palatinus reni dapifer. Dvx Saxonie armiger. Marchio Brandenburgenſis Camerarius.

DCCCC.LXXXXI. Pilgrinus arciepiſcopus Patauienſis et Lavreacenſis obiit. Chriſtianus ſucceſſit. qui abſtulit eccleſie noſtre predia in Petinpach. vt habetur ex priuilegio Heinrici imperatoris.

DCCCC.LXXXXII. Hoc anno Altahenſis eccleſia ex canonicis ſecularibus fit monaſtica. et ſanctus Godehardus fit ibidem monachus ſub abbate Erchenberto. et eo mortuo abbas creatur. Tunc eciam forte noſtre eccleſie prepoſitus eſt Gerhardus.

M.XII. Heinricus Leutoldi filius ſecundus Marchio in Auſtria. ſine heredibus obiit. Beatus CHOLOMANNVS martyrizatus eſt et ſuſpenſus ad ſtocchærouwe.

CHRONICON CREMIFANENSE.

M.XIII. Hoc anno beatus CHOLOMANNVS sepultus est in eodem loco. *Ab alia manu.* Christianus episcopus patauiensis obiit. Perengerus successit.

M.XIIII. Hoc anno sanctus CHOLOMANNVS a megingaudo heibstatensi episcopo in mediliecha sepultus est. Hæinricus rex rome imperiali benedictione coronatur a bonifacio papa.

M.XV. Ernust dux alamannie in uenatu ab adalberone comite sagitta occiditur.

M.XVI.

M.XVII. Gotifridus dux gerhardum uicit.

M.XVIII.

M.XVIIII. Chuonradus puer auxiliante patruele suo chuonrado postea imperatore adalberonem ducem pugna uincens fugauit.

M.XX. Benedictus viij. papa babenberch ueniens ecclesiam sancti stephani dedicauit. Werinharius argentine vrbis episcopus cum alamannis contra burgundiones pugnauit et uicit.

M.XXI. Terre motus factus est magnus. iiij. idus Mai. feria vi.

M.XXII. Hæinricus nouam troiam cepit. et magna in exercitu mortalitas facta est. Nothgerus magister obiit.

M.XXIII.

M.XXIIII. Hæinricus primus imperator. III. idus Ivlii obiit. et in babenberch episcopio a se facto in monasterio sancti Petri sepelitur.

M.XXV. Chuonradus imperator pene annos. xv. regnauit. Magna dissensio in regno contra Chuonradum efficitur.

M.XXVI. Chuonradus rex filium suum heinricum regem fecit. et ipse romam ueniens imperator efficitur. Bruno augustensis episcopus. et Welf comes predas et incendia inter se faciunt.

M.XXVII.

M.

M.XXVIII. Ernust dux. et Welf comes. Chuonrado imperatori ad deditionem ueniunt.

M.XXVIIII.

M.XXX. Chuonradus imperator Stephanum pannonie regem cum exercitu petit. Interea in alamannia Ernust dux et Werinharius comes occiduntur. xvi. kalendas Septembris.

M.XXXI. Stephanus rex missis legatis cum imperatore chuonrado pacificatus est.

M.XXXII. Ruodolfus rex burgundie moriens diadema suum chuonrado imperatori commisit.

M.XXXIII. Chuonradus hieme burgundiam petit. Eclypsis. III. kalendas Ivlii. hora quasi vi. Chuonradus occidentalem franciam contra Ottonem petit.

M.XXXIIII.

M.XXXV. Chuonradus item burgundiam uastat. Pagani saxonie confinia petunt. Pagani qui liutici dicuntur wirbinam castellum in confinio saxonie multis christianis occisis et captis optinent quos chuonradus imperator cum exercitu petit.

M.XXXVI. Italia ciuium discordia laborat. Nuptie heinrici regis. Pagani supra dicti chuonrado imperatori uectigales facti.

M.XXXVII. Chuonradus imperator italiam cum exercitu petit. et mediolanensem archiepiscopnm in custodiam misit. qui fuga lapsus cum aliis quam plurimis eidem imperatori rebellat.

M.XXXVIII. Elisdrud que chunigunt regina uxor heinrici regis. xv. kalendas avgusti. et Hermannus dux. v. kalendas avgusti in italia cum multis aliis obeunt. Stephanus ungariorum rex bone memorie obiit. pro quo Petrus regnauit.

M.XXXVIIII. Chuonradus imperator. ii. nonas Ivnii obiit. et apud que spira uocatur sepelitur. Chuonradus dux et adalbero dux obierunt. Eclypsis solis. xi. kalendas Septembris.

M.XL. Hæinricus filius chuonradi regnauit annis. xviii. Heinricus rex boemie ducem bello petit. ſed multiſ proceribus et militibus in preſtructione ſilue citra et ultra occiſis. vel captiſ. nihil dignum efficere potuit.

M.XLI. Vngari quendam ouonem regem ſibi eligenteſ. petrum regem ſuum expellunt. Hæinricus rex ungariam cum exercitu ingreſſuſ igne predaque cuncta deuaſtat.

M.XLII. Adalbertus iij. marchio auſtrie ab heinrico iij. imperatore ſuſcepit avſtriam. et filius eius Leupoldus maximam partem exercituſ Ouonis deleuit. Hæinricus rex iterum ungariam ſibi ſubiecit. Poppo patriarcha obiit.

M.XLIII. Giſila imperatrix Heinrici regiſ. xvi. kalendas Marcii obiit. Heinricus rex tercio pannoniam petens ungaroſ per iuſiurandum ſubiugauit. Luitpoldus fortis miles filius adalberti marchionis moritur. v. idus. Decembris.

M.XLIIII. Hæinricus rex quarto Ouonem regem rebellantem uicit. et Petrum regno ſuo reſtituit. *Alia manus.* Gerhardus abbas prefuit. circa hec tempora ſic plus vel minus.

M.XLV. Petruſ rex vngarorum Heinricum regem in pentecoſten magno apparatu ſuſcepit. Bruno wirzburgenſis epiſcopus. obiit. Adalbero ſucceſſit.

M.XLVI. Petruſ rex excecatus eſt ab vngariſ. et Andreaſ rex efficitur. *Alia manus.* Perengerus epiſcopus pataunienſis et Lavreacenſis obiit. Engelbertus ſucceſſit. Hic eciam noſtrum monaſterium dedicauit.

M.XLVII. Swidigerus babenbergenſis epiſcopus in natiuitate papa conſecratur. (*alia manus:* poſt damaſum qui non annum ſedit poſt agapitum.) *Prior manus:* et Heinricus rex et eius coniux Agneſ ipſa die imperiali benedictione ſublimantur. *Alia manus.* Circa hec tempora ſcilicet anno domini M.XXXII. ante Damaſum papam.

pam. ſedit Agapitus cuius tempore apparuit viſio penarum. propter quod Sanctus Vdilo inſtituit oraciones.

M. XLVIII.

M. XLVIIII. Andreas rex ungarorum per legatoſ imperatori Heinrico ſubiectionem et annuum cenſum iure iurando promiſit.

M. L. Agneſ imperatrix filivm peperit nomine heinricum.

M. LI. Sanctus Bardo archiepiſcopus obiit. Andreas rex et Adalbertus marchio pacificantur.

M. LII.

M. LIII. Heinricus imperator pannoniam cum exercitu petit. et glorioſiſſime redit. Papa Leo qui et Bruno natiuitatem chriſti cum imperatore wormacie egit.

M. LIIII.

M. LV. Beatus Leo papa dormiuit in domino. xiii. kalendas Mai. pro quo Victor ij. qui et Gebehardus heichſtenſis epiſcopus ordinatur. *Alia manus.* Erchenbertus abbas prefuit. circa hec tempora ſic plus vel minus. Hic ſanctus creditur eſſe. in lapide altaris dedicato eſt pictus. Pilgrimus advocatus.

M. LVI. Adalbertus marchio auſtrie. obiit. filius eius Ernuſt ſucceſſit iiij^us^. marchio. Chuono dux baioarie ab imperatore expulſus in pannonia exul moritur. *Alia manus.* Hoc tempore datum eſt nobis priuilegium de Schvtzing et de diethalming.

M. LVII. Heinricus iii^us^ imperator obiit. III. nonas Octobris. filius eius Heinricus iiii^us^ ſucceſſit. *Alia manus.* Pezelinus abbas. Albinus advocatus.

M. LVIII. Heinricus quartus, iij^us^ imperator regnauit annos. xl. viiii. Victor papa obiit. pro quo Stephanus abbas caſſinenſis qui et fridericus eligitur. Agnes imperatrix ſuſcepit ducatum baioarie.

M. LVIIII.

M. LX. Hoc anno data eſt nobis Eccleſia in Wartperch.

perch cum omnibus ad eam pertinentibus. ab Arnoldo comite. ſub Altmanno epiſcopo. et Diterico abbate.

M.LXI.

M.LXII. Heinricus rex ſeparatus eſt a matre ſua. Anno. vi. regni eius. Etatiſ vero xi. Agnes imperatrix et Guntharius epiſcopus babenbergenſis predas et incendia inuicem exagitant. *Alia manus.* Albinus advocatus.

M.LXIII. Heinricus rex exercitum mouit in pannoniam et Salamonem regem conſtituit. federatiſque omnibus cum ſummo honore reuertitur.

M.LXIIII. Cedes magna facta eſt in goſlarenſi monaſterio preſente rege et principibus eius. Multa mala tunc temporis facta ſunt in terra.

M.LXV. Heinricus rex accinctus eſt gladio. anno regni ſui nono in paſcha. Eigilbertus patauienſis obiit. Altmannus ſucceſſit. Sigifridus mogoncienſis epiſcopus et Guntharius babenbergenſis epiſcopus hieroſolymiſ tendunt.

M.LXVI. Meginhardus comes occiditur. *Alia manus.* Dietricus abbas prefuit. *Alia manus.* Hoholdus prepoſitus noſter. Huius abbatis tempore et domino Altmanno epiſcopo confirmante tradita eſt nobis eccleſia in Wartperch. et manſus in Hachæim. et apud nos reformata eſt quam decreuerat monaſtica diſciplina. viris religioſis de Gozze adductis *In margine legitur:* Hec notula debet ſubſequi circa annum domini M.LXXX.

M.LXVII. Heinricus imperator duxit Berihtam filiam Ottoniſ comitis uxorem. *Alia manus.* Hunc Ottonem forte dvcem wawarie fuit. qui ei poſtea rebellauit.

M.LXVIII. Multa et diuerſa mala his temporibus in toto regno facta ſunt.

M.LXVIIII. Wolframus abbas prefuit. Pilgrimus advocatus.

M.LXX. Otto dux baioarie regi ſcilicet genero ſuo rebellauit.

M.LXXI.

M.LXXI. Adelheida marchionissa obiit. Welfo dux baioarie factus est. expulso Ottone.

M.LXXII.

M.LXXIII. Ruodolfus dux alamanie (*Alia manus.* vel saxonie) et Welfo dux baioarie (*alia manus.* qui nobis dedit Halle) nec non Perhtoldus dux corinthiorum in unum coniurant aduersus regemHeinricum. Hildibrandus prior Gloniacensis qui et Gregorius vij. papa ordinatur.

M.LXXIIII. Heinricus rex in vngariam aduersus Iottschonem patruelem salomonis profectus incassum rediit.

M.LXXV. Ernust marchio austrie occisus est. in saxonia in bello iuxta fluuium qui dicitur vnstrûth. Feria v. Idus Ivnii quod fuit primum bellum Heinrici regis. *Alia manus:* Levpoldus v. successit.

M.LXXVI. Anno Coloniensis episcopus obiit.

M.LXXVII. Magna discordia inter papam et regem oritur. Heinricus rex italiam proficiscitur. et Ruodolfus dux saxonie in regem pro eo eligitur. apud voricheim. *Alia manus.* Circa hec tempora Tyemo canonicus Wirzburgensis sedem Patauiensem apud Heinricum regem et eius fautores precio comparauit. et usque ad Anasum ciuitatem vsurpauit. Altmannus vero in partibus austrie sedit defensus per Leopoldum Marchionem.

M.LXXVIII. Bellum ii. inter duos reges in saxonia committitur. in quo Dietpaldus comes occiditur. iuxta riuum qui dicitur strewa feria iiii. vii. idus Avgusti.

M.LXXVIII. Circa hec tempora Levtpoldus Marchio Austrie regis Heinrici tyrannidem detestans eius dominium abnegat. et omnes fautores eius exterminat.

M.LXXX. Gregorius vij. papa Heinricum regem in concilio c. x. episcoporum excommunicat. Tercium bellum Heinrici regis cum saxonibus iuxta uillam que dicitur durloch. Feria. ii. v. kalendas Februarii. Eodem anno. iiii. bellum Heinrici regis cum saxonibus iuxta

ta fluuium. qui dicitur Elster. Roudolfus rex occiditur. feria. v. idus octobris.

M. LXXXI. Quintum bellum Heinrici regis contra sueuos iuxta danubium apud uillam que dicitur Hohestetin. feria iiii. iii. idus Avgusti. Hermannus rex constituitur.

M. LXXXII. Hoc anno. iiii. idus Mai. feria v. bellum ad mauriberch est actum et cum maximo nostratum excidio terminatum. *Alia manus:* Hoc anno obiit Altmannus episcopus patauiensis Nostrum Monasterium consecrauit et eodem forte anno vel parum supra prefecit huic loco dominum Ditericum abbatem. cui successit Wolframus.

M. LXXXIII.

M. LXXXIIII. Circa hec tempora silua in Pranpach est nobis data. Item datum Stainporz sub Otachero marchione et aduocato.

M. LXXXV.

M. LXXXVI. Sextum bellum Heinrici regis cum sueuis et saxonibus iuxta uillam que dicitur Plæichuelt. Feria. iii. iii Idus Avgusti.

M. LXXXVII. Gregorius vij. papa Salerni moritur. qui miraculis nunc coruscat.

M. LXXXVIII.

M. LXXXVIIII.

M. LXXXX. Hoc anno cepit ordo Cartusiensium. a domino Brunone. patre. sub Victore ij. papa. qui fuerat abbas Cassinensis.

M. LXXXXI. Altmannus patauiensis episcopus obiit. vj. idus Avgugsti.

M. LXXXXII. Vodalricus patauiensis episcopus constituitur. Hic episcopus abstulit et restituit eciam postea nobis Petenpach. quod imperator Heinricus iii. nobis restitui procurauit. sub Alramo abbate. Anshelmus episcopus cantuarie et doctor floruit.

M. LXXXXIII.

M. LXXXXIII.

M. LXXXXIIII.

M. LXXXXV. Expedicio in hierosolimam.

M. LXXXXVI. Liutpoldus marchio v. obiit. filius eius Liupoldus largus successit. *Alia manus:* qui resignauit predia nobis que iniuste tenuit in Petinpach. que abstulit episcopus - - - nostre ecclesie.

M. LXXXXVII.

M. LXXXXVIII. Christiani obtinuerunt hierosolymam. *Alia manus.* Hoc anno Cysterciunm in Burgundia est constructum in die S. Benedicti a domino Roberto abbate Molismensi. qui de domo sua cum xxj. monachis est egressus. sed postea redire coactus. sub Vrbano ij. papa.

M. LXXXXVIIII. Hoc anno datum est nobis priuilegium ab Heinrico huius nominis iiii. rege imperatore vero iij. sub Alramo abbate nostro. Hic Heinricus fuit nepos Chunradi imperatoris. qui successit sancto Heinrico. i. imperatori.

M. C.

M. CI. Welf dux baioarie. et Tiemo salzburgensis episcopus. antea abbas Altahensis. et Ita marchionissa hierosolimam pergunt. et ceteri quam plurimi. *Alia manus.* Thyemo apud Corrozaym glorioso martyrio coronatur. sed Welfo reuertitur.

M. CII.

M. CIII.

M. CIIII. Sigihardus comes occiditur ratispone. *Alia manus.* Scriptus est antiquus liber matut. chori. sub abbate Alramo.

M. CV. Heinricus rex filius Heinrici imperatoris contra patrem suum in regnum surrexit.

M. CVI. Heinricus. iiii. imperator. iii. obiit. vii. idus Avgusti. Marchio austrie Liupoldus Agneten filiam imperatoris duxit uxorem.

M. CVII. Heinricus v. regnauit post mortem patris. xxviiii. annos.

M. CVIII. Heinricus rex obſedit caſtrum preſburch.

M. CVIIII.

M. CX. Heinricus rex magnam expeditionem in italiam mouit. et Paſchalem ij. papam rome cepit. ſed poſtea eius gratiam et benedictionem imperialem aſſecutus eſt.

M. CXI.

M. CXII. Rex vngarorrm de terra ſua egreſſus. manubiaſ ac predia magna de noſtra prouincia abduxit. in cuius ultionem. Luitpaldus marchio auſtrie cum ualida manu quaſdam eiuſdem regis prouinciaſ inuaſit. et cede magna perpetrata ac quadam ciuitate depredata atque combuſta ſic cum pace remeavit ad propria. *Alia manus.* Hoc anno ſanctus Bernhardus xxij. annorum. cum ſociis xxx. cyſtercij eſt conuerſus. ſub Paſcali ij. papa.

M. CXIII.

M. CXIIII.

M. CXV.

M. CXVI. Terre motuſ factuſ eſt per uniuerſam teutonicam et italicam terram. iiii. Nonas Ianuarii.

M. CXVII.

M. CXVIII. Per plurimas partes mundi magna inundatio aquarum facta eſt. *Alia manus.* Hoc anno cepit ordo premonſtratenſium a domino Votperto (*Norberto*) tempore paſchalis ij. pape. et heinrici iiij. imperatoris.

M. CXVIIII. Welf dux baioarie obiit. Cui ſucceſſit Heinricus frater eius.

M. CXX.

M. CXXI. Vodalricus pataulenſis epiſcopus obiit. Reginmarus ſucceſſit.

M. CXXII. Ottaker fundator Garſtenſis. aduocatus noſter dedit nobis priuilegium de aduocatia. Ottaker marchio obiit. filius eius Liupaldus ſuccedit. Alramus abbatia deceſſit.

M. CXXIII. Hermannus eligitur in abbatem qui in breui eliminatur. Adalramus abbas obiit.

M.

M.CXXIIII. Kalixtus papa qui ordinem Cyſtercienſem confirmauit obiit. Honorius ſucceſſit.

M.CXXV. Heinricus imperator obiit. x. kalendas Ivnii. Lotharius dux ſaxonum in regem eligitur. Hermannus abbas de uita deceſſit.

M.CXXVI. Oudalricus ſenior. abbas preſſcitur. Hoc tempore Alhaidis de Wiltperch. relicta comitis Ernſtonis de Hohenberch dedit nobis ſiluam prvniſte. xxv. manſorum. Sanctus Berchtoldus Gærſtenſis primus abbas claruit.

M.CXXVII. Heinricus dux baioariorum obiit. pro quo filius eius Heinricus.

M.CXXVIII. Hærtwicus ratiſponenſis epiſcopus obiit. Chuno ſucceſſit. Wulfhilt duciſſa obiit.

M.CXXVIIII. Luipaldus marchio De ſtire obiit.

M.CXXX.

M.CXXXI. Honoriuſ papa obiit. Innocenciuſ ſucceſſit. Ovdalricus abbas de Chremiſmunſtiure obiit. Engelſchalcuſ medilicenſis abbas obiit. Meginhardus de winſtruen abbas obiit. Ovdalricus ij. iunior in Chremeſmunſtiure ſucceſſit. *Alia manus*: Huius tempore datus eſt nobis locus qui dicitur Pehſtal a domina Alhaide de hohenberch.

M.CXXXII. Chûno ratiſponenſis epiſcopus obiit. Et urbſ ratiſpona pene tota incendio periit. nec non per totum regnum in prouiſum incendium bachatur. Heinricuſ ratiſpone epiſcopus conſtituitur. Lotharius rex italiam petit.

M.CXXXIII. Hermannus auguſtenſis epiſcopus obiit. Eclypſis ſolis facta eſt horribilis. iiii. Nonas auguſti. hora quaſi nona. feria. iiii[a].

M.CXXXIIII.

M.CXXXV.

M.CXXXVI. Illuſtriſ marchio orientalium Luipaldus pius obiit. Iſte. Nevnburch. et ſancte Crucis monaſterium conſtruxit. Liupaldus filius ſucceſſit.

M.CXXXVII. Lotharius imperator uictor Ruotkeri tyranni. rediens de Apulia moritur. in itinere. Adalbertus mogontinus archiepiscopus obiit. Heinricus frisingensis episcopus pluresque episcoporum. principum. nobilium. uita decedunt.

M.CXXXVIII. Chuonradus dux sororius Heinrici imperatoris a cardinalibus missis ab apostolico. et a summis principibus regni eligitur in regem. Petrus scismaticus filius petri leonis diu ecclesiam impugnans moritur. Brun abbas de lauent obit. Reginmarus episcopus obiit. Reginbertus eligitur. *Alia manus*: Hoc anno mortuus est Iohannes de temporibus qui ccc.lxi. annis vixerat. scilicet a tempore Karoli magni cuius armiger fuerat. Sanctus Bernhardus floruit.

M.CXXXVIIII. Synodus magna sub Innocencio papa Lateranis in quadragesima celebratur. ubi quingentorum et eo plus episcoporum et abbatum conuentus congregatur. Heinricus dux baioarie communi decreto principum regno pellitur. et Liupaldus orientalis marchio dux pro eo constituitur.

M.CLX. Heinricus dux baioarie exul in saxonia moritur. *Alia manus*: Huius filium Heinricum in conuentu principum Fridericus imperator de saxonia reuocauit. et ducatum Wawarie restituit. auferens partem de terris eius. quos Heinrico duci Austrie primo addidit. Circa hos annos claruit Heldolfus camerarius huius loci. cuius industria multa bona aucta sunt nobis. Hoc anno datum est nobis priuilegium. de Monte Sancti Martini.

M.CXLI. Luipaldus dux wawarie ex marchione austrie urbem quandam in occidentali plaga obsedit. sed hostiliter incursatus. et parte militum amissa. fuge consuluit. negocio infecto.

M.CXLII. Chuonradus rex in saxoniam expeditionem copiose preparari fecit. sed interuentu quorundam episcoporum et principum distulit. in qua profectione Liu-

Liupoldus dux baioarie infirmatus obiit. pro quo Heinricus frater eius marchio orientalis efficitur. Hoc anno liber iste ſcriptus eſt. *Alia manus.* Iste eſt heinricus primus dux Auſtrie quem Fridericus imperator creauerat.

M.CXLIII. Innocencius papa obiit. Celeſtinus eligitur.

M.CXLIIII. Celeſtinus obiit. Lucius iij. qui et Gerhardus eligitur.

M.CXLV.

M.CXLVI. Hoc anno dux bawariorum et boemiorum omnem pene regionem circa ratiſponam incendiis eccleſiarum et uillarum deuaſtauerunt. Eodem anno idem dux Henricus commiſſa pugna cum rege ungarorum utrimque magna ſtrages facta eſt hominum. Ovdalricus ij. abbas obiit. Adalbertus ſucceſſit.

M.CXLVII. Mirabilis expeditio ex pluribus mundi partibus contra paganos canduit. ſed mirabiliter nutu dei in contrarium ceſſit. diuerſis diuerſa morte defunctis. Reginbertus epiſcopus obiit. Lucius papa obiit. Eugenus eligitur. Chûnradus patavienſis eligitur.

M.CXLVIII.

M.CXLVIIII.

M.CL. *Interpolatoris manus.* Pillungus aduocatus.

M.CLI.

M.CLII. Chûnradus Rex obiit. Fridericus fratruelis eius eligitur. nullo reſiſtente. *Interpoll. manus.* Hoc anno ſub abbate adalberto completus eſt liber matutinorum in cappella ſancte Marie. et datum eſt priuilegium de ſuperiori Roor.

M.CLIII. Eugenius obiit. Anaſtaſius ſucceſſit.

M.CLIIII. Anaſtaſius obiit. Adrianus ſucceſſit.

M.CLV. Fridericus rome conſecratur. Cometes ſtella viſa eſt. *Interpol. manus.* Iſte Fridericus Marchionatum auſtrie ante ſua tempora quem Heinricus ſuus conſanguineus ab heinrico dvce wawarie habuit conuertit

M. CLXXII. Heinricus patauienſis electus ſponte abdicauit ipſam ſedem. pro quo Diepaldus frater ipſius a choro ſub preſentia Auguſti eligitur. et a prelatis omnibus ſuſcipitur. in epiſcopum a tribus epiſcopis. hoc eſt Prixinenſi. Ratiſponenſi. friſingenſi conſecratur. Cometes viſa eſt. Heinricus bawarie dux. et duo palatini jeruſalem tendunt. Heinricus dux contra regnum iurat.

M. CLXXIII. Hiempſ ualida. Circulus ſanguineus circa lunam. et cruces uiſe ſunt. Danubius menſe februario. naturali meatu ob cluſo rupta exundans. in utraque ſui ripa in audita ſtrage. homines. uillas. iumenta conſumit. Adelrammus deponitur. Vodalricus Garſtenſis prior abbas efficitur. fratruelis Sancti Berchtoldi primi abbatis in Gærſten. *In margine Interpol. manus.* Hoc anno datum eſt nobis priuilegium de Chirichperch a Dyepoldo epiſcopo.

M. CLXXIIII. Hoc anno datum eſt nobis priuilegium a duce Wawarie Heinrico. de confirmacione priuilegij aui ſui Welfonis ducis.

M. CLXXV.

M. CLXXVI. Magna gwerra fit inter ducem auſtrie. et boemie. unde omnis regio tranſ danubium vtpote ſui iuris a Boemo exercitu ualido inuaditur. exercitus ducis auſtrie terrore pellitur. omnis regio incendiiſ. et depredationibus bifarie conſumitur. innumera multitudo captiuatur.

M. CLXXVII. Hoc anno dominuſ papa Alexander. et imperator Fridericus. pacificantur. ſciſmate ceſſante. ſit laus tibi gloria chriſte. Dux primus auſtrie Heinricus de equo corruit. et equo deſuper lapſo fracto pede infirmatus aliquantulum. hominem exuit. filius eius Liupoldus ducatum ſuſcepit. Adelbertus boemus ſalzpurgenſis epiſcopus pro bono paciſ ab apoſtolico deponitur. Chûnrado mogontino ſuccedente.

M. CLXXVIII. *Manus Interpolatoris.* Hoc anno Otacharus

charus Styrensis marchio dedit nobis priuilegium de aduocacia.

M. CLXXVIIII. Heinricus dux Saxonie. Maideburgensem. Coloniensem. Halberstatensem. sibi cum maioribus terre rebellantes incendiis. et preliis diuersis uastat. vbi episcopalis ecclesia halberstatensis cum clericis iuibi latitantibus. improuise a sclauis crematur. episcopus Oudalricus capitur. uinculatur. Pugna ab eodem Halberstatensi. cum Lantgrauiis et aliis ipsius fautoribus committitur. et eisdem melioribus qui multis captis uictoria potitur.

M. C. LXXX. Heinricus saxo dux communicato consilio principum ab imperatore. Friderico. ducatibus. bawarie. et Saxonie priuatur. pro quo Palatinus Ottto senior. bawarie. Bernhardus comes saxonie preficiuntur. Stirensis etiam marchio. Odoacer. mutuato antiquitatis nomine dux appellari gloriatur.

M. C. LXXXI. Ad laudem nominis dei. hoc anno in metropolitana ecclesia Salzpurge signis et prodigiis diuersis claruerunt. Virgilius. Eberhardus. Hærtwicus. archiepiscopi. et apud sanctum Petrum. Sanctus Vitalis. Patauiensis ecclesia matronalis cum tota pene ciuitate incendio familiari consumitur. Grando horribilis et momentanea. iii. idus Ivnii. innumeras regiones deuastat. Alexander iii. papa moritur. Lucius iii. qui et Hvbaldus. substituitur. *Interpol. manus.* Hoc anno datum est nobis priuilegium a Friderico imperatore.

M. C. LXXXII. Hoc anno dux austrie. pater patrie. Liupoldus nomine. cum multis sibi iunctis uersus constantinopolim iehrusalem tendit. In reditu uero. felicis memorie. abbas noster dominus Oudalricus iii. (*Interpol. manus:* hic renouauit plenarium) apud akkaron. moritur et sepelitur. calice aureo et cruce cum reliquiis ad honorem Sancti Agapiti remissis. Inundationes uarie. *Interpol. manus:* Huic Leopoldo consanguineus eius Otakero marchionatum Styrie delegauit.

M.C.LXXXIII. Otto dux bawarie obiit. cui filius eius ludewicus fucceffit. Heinricus iunior rex anglorum obiit. KriftianusMoguncienfis arciepifcopus obiit. Chunradus Salzpurgenfis qui primitus ibi fuerat fuccedit. et Albertus Salzburgenfem ecclefiam unde pulfus fuerat recepit. Hiemps afperrima eodem anno. *Alia manus.* Manegoldus fveuigena abbas efficitur. frater Diepoldi Pataujenfis epifcopi. *Interpol. manus.* Hoc tempore data eft nobis vna curtis apud Sirnich.

M. C. LXXXIIII. Curia magna Moguncie a Friderico imperatore celebratur. ubi duo filii ipfius accincti funt gladio. Heinricus rex. et fridericus fweuie dux. Apud Erfurdiam vero comitef nobilef in fecelfvm antique cloace cadentef de cancellis miferabiliter fubmerfi funt. Imperator Fridericus fexto Italiam ingreditur. et cum papa Lucio Verone habuit colloquium. Beatrix imperatrix obiit. Albertus bone memorie frifingenfis epifcopus obiit. pro quo Otto eligitur.

M.C.LXXXV. Lucius papa obiit. pro quo Vrbanuf iii. Andronicus tyrannus grecie occubuit. *Alia manus.* Hoc anno miffe funt littere domini Vrbani iii. pape de domino Manegoldo de fveuia, et de Sancto Georio. noftris electis. vicinis prelatis.

M. C. LXXX. VI.

Cum faluatorif uenientis tranfit ab horif
Annus millenus. centenus. et Octoagenus
Septimus. in fine Ivnii. uincif Salatine
Et feruit fano. ierofolima capta profano.

M. C. LXXX. VII. Vrbanus. iii. papa obiit. cui Gregorius viij. qui et Albertus fucceffit. fed confummatif. viii. ebdomadis et if obiit. cui Clemens iij. preneftinus epifcopus fucceffit. Hoc in anno flebili fcilicet principio Saladinus rex farracenorum terram ierofolimitanam omnibus pene chriftianis occifif occupat. fancta cruce abducta. et rege captiuato. Eclypfis folis facta eft in meridie. et ftelle uife funt.

M. C. LXXX. VIII.

M.C.LXXX.VIII. Facta eſt diſſenſio inter populum grecorum. Andronico occiſo Antonio. ſubſtituto. *Interpol. manus.* Hoc anno datum eſt priuilegium de Vichtwanch. A Levpoldo. dvce. ſub Manegoldo abbate. *Alia manus.* Item Hoc anno datum eſt priuilegium de ponte in Wels.

M. C. LXXX. VIIII. Expedicio ualida et ſpiritu dei ordinata. uerſus greciam et iheroſolimam a Friderico imperatore glorioſo. terra marique eſt inchoata. *Alia manus.* Otto Babenbergenſis epiſcopus ſanctus declaratur. et digne apoſtolica conceſſione corpus eius de tumulo leuatum tranſfertur. Iſinricus Admuntenſiſ in ſupradicta expeditione obiit. ſepultus in ſilua bulgarie.

M. C. LXXXX. Fridericus imperator cum omni exercitu ſancte cruciſ ab Adrianopoli ciuitate grecie ubi hiemauerant felici tranſitu feria ii^a. in ebdomada paſcali brachio ſancti Georgii commeant. et uerſus yconium et Antiochiam properant. ibique in commodum eſtatis declinant. ſumma et firmiſſima amicicia inter imperatorem Romanie yſaac nomine. et ipſum imperatorem Romanvm. Fridericum. ſapienter compoſita. Dux eciam Auſtrie. Leupoldus. cum multiſ iterato ieroſolimam uerſus venetias tendit. Rex eciam Apulie Wilelmus hominem exuit. pro quo diuerſi regnare certant. vt heredeſ regni. Imperator Fridericus cum exercitv predicto poſt innumera uiarum aſpera et famiſ in audite diſcrimina apud yconium uiriliter contra ſarracenos dimicauit. et feliciter triumphauit. et eandem ciuitatem multa ſtrage hominvm uaſtauit. vnde progreſſus fluuio cuidam refrigerandi gratia applicuit. et die dominico in iiii. idus Ivnii. ſapiens inſipienter natando. prodigialiter proh dolor finem regno. uiteque dedit. Poſt cuius obitvm exercitus exicialiter turbatur. diſpergitur. et eius nutu cuius iudicia ſunt abiſſuſ multa. tanta mortalitaſ eundem exercitum tum in principibus. tum in mediocribus diminuit. ut uix tercia parſ ad Akarſ peruenerit. Ibi eciam infiniti pro domino peregrinanteſ perierunt. Diepoldus pata-

 ta-

tauienſis. Gotfridus Werzburgenſis. epiſcopi obierunt. Heinricus rex filius Friderici imperatoris exercitvm in Apuliam mouit. quia ex coniuge ſua nepte videlicet Wilehelmi. idem regnum ſibi ſubeſſe debebit.

M.C.LXXXX.I. Eclypſis ſolis facta eſt viiii. kalendas Ivlii. circa horam nonam. Wolfkerus epiſcopus pataui̇e eligitur. vir in diuino peritus eloquio. Clemens papa obiit. Celeſtinus ſucceſſit a quo Heinricus imperator et uxor eius coronantur. Exinde contra Apuliam collecto exercitv properant. ſed in uanum laborant. Nam exercitus dei permiſſione percellitur maxima mortalitate. uix pauciſſimis remanentibus. et hiſdem pedes repatriantibus. regina tamen captiuata. et ibidem confuſe relicta. Rex eciam anglorum Richardus ualida manu armatorum. et innumera claſſe. et murorum extructa cum rege francie. et comite flandrenſi uerſus Akaron tendit. Hac in uia Cyprum obſedit. debellauit. ducem captiuauit. et predictam inſulam dominio ſuo mancipauit. Akaron quoque iam triennio a ſarracenis occupatam in manu forti expugnauit. et eruit. et magnam cedem turcorum tum decollando. tum in mari ſubmergendo patrauit. Aſcolonam eciam ciuitatem fugatis turcis occupauit. Comes ibi flandrenſis feliciter obiit. Vnde rex gallie aliquos de exercitu ſuo armata manu ad expugnandos ſarracenos uice ſua reliquit. et ipſe cum ſuis omnibus rem publicam ordinaturus ſue gentis repatriauit.

M.C.LXXXX.II. Richardus rex anglie deuicta Akarone. et aliis triumphi tytulis elatus. copioſa multitudine nauium armorum. et theſauri inſignitus. quia non deo ſed ſuis uiribus queque circa ſe fortunata aſſcripſit. dum tranſfretando repatriare diſpoſuit. ab eo qui eſt mirabilis in altis dominus mirabilia circa ſe et ſuos fieri formidoloſe pertulit. Nam cum omni ſubſtantia ſua breui ſub hora periclitatur. et flatu inmiti uentorum in diuerſas inſulas et regiones diſſipatus. ab uxore ac cariſſimis

misſ ſibi ſeparatus. in modica galea. non regia uia ſed canorizando uerſuſ Aquileiam cum pauciſſimiſ eſt appulſuſ. indeque nunc pedeſ. nunc equeſ. iſdem comitibus ſuiſ partim captiſ. partim occiſiſ. in ciuitatem auſtrie Wiennam dictam latitando ignarus ducitur. et ab ipſo duce regioniſ. Liupoldo. comprehenditur. Huic euentv mirabili. aliud lamentabile factum ſequitur. Epiſcopuſ Leodienſiſ ſacerdoſ laudabiliſ a familiaribus Heinrici imperatoriſ. dum pro domo domini zelo iuſticie inflammatur. amiciciam ſimulando fraudulenter occiditur. Dux auſtrie collecto grandi exercitv. comitem heinricum de Ortinperch perſequitur. et maximam cladem noſtre prouincie intulit. non ſolum inimicoſ. ſed et amicoſ. preda. rapina. incendio. tum monaſteria. et eccleſiaſ depopulatur. et eundem licet inuitvm ſuo dominio ſubiecit. Saladinuſ inimicus crucíſ a canibus ſuiſ et turciſ. iuſto dei iudicio occiditur. et filiuſ ſuus Norindin (*Noradin*) ſe principem ieroſolimorum poteſtatiue gloriatur.

M. C. LXXXX. III. Rex anglie Richardus prefatus in captiuitatem imperatoris traditur a duce auſtrie Liupoldo. in curia Ratiſpone celebrata. Hoc anno viiii. kalendas Ivlii uentus turbiniſ. et grandiniſ urenſ ab aquilone hora viiii^na^. ruit. et in ſatiſ et arboribus queque utilia pene comminuit.

M. C. LXXXX. IIII. Rex anglie repatriat datiſ obſidibuſ imperatori. Heinrico. et grandi copia argenti. Danubius in auſtria glaciali moleſtia uerſuſ Niwenburch ebullit. et meatum ſuum longius uagando relinquenſ. hemineſ cum uilliſ mergendo ad nichilauit. (*In margine interpolatoris manus.* Iſtud quoque contigit ſimiliter anno domini M. ccc. xv.) Eadem quoque regio mirabili incendio in ciuitatibuſ et oppidiſ et uilliſ. et uredine in agriſ longius late rara annonam conſummendo depauperat. Inundationeſ tribuſ uicibus magne et intolerabileſ atque inſolite omneſ pene regioneſ. uillaſ et cir-

circumpositaſ domoſ demoliendo occupauerunt. Imperator Heinricuſ itervm uerſus Apuliam properat. ubi occupatiſ diuerſiſ ciuitatibuſ et oppidiſ feliciter triumphat.

M. C. LXXXX. V. Liupoldus dux auſtrie Styrieque infra ebdomadam natalis domini ſuper induratam glacie terram curſitando. et ſuperbe. cadente ſuper colle duriter Gaballo. Lapſo pede et confracto. inſtante mortiſ articulo monachus griſei habitus efficitur. et ita in breui uita priuatur. ducatus auſtrie filio ſuo ſeniori. Friderico poteſtatiue cedit. ducatus vero Styrie. fratri ſuo Liupoldo obedit. Obſideſ eciam regiſ anglie ex predicto euentu relaxantur. et grande pondus male exacte pecunie remittitur. Imperator Heinricus iterum Apuliam adiit. et pene ſine armiſ triumphat feliciter. Palernum (*Palermum*). Syciliam. Galabriam. Salernum. Neapolym. et reliqua oppida circa maritima. Wilelmi dicioni ſubdita occupat. et galiottam potentem nomine Margaritvm. alioſque potenteſ inſulanoſ comprehendit. et ſecvm abduxit. et theſaurum infinitum in auro et argento ibi conquiſiuit. Inundaciones iterum diuerſe. et intemperieſ aeriſ totum pene orbem uexat. Rex grecie cecatur. filius eius occiditur. Imperialis curia apud Warmze celebratur. ubi ut credimus diuina ordinacione iterum expeditio ieroſolimitana. et multitudo ſignatorum non modica. per maxime tamen principvm glorioſe ordinatur. Sterilitas agrorum et ubique terrarum. *Interpolatoris manus.* Hoc anno datum eſt nobis priuilegium de Vorichdorf. a Wolfberto epiſcopo ſub Manegoldo abbate tunc monaſterii.

M. C. LXXXX. VI. In diuerſiſ regionibuſ turba ſignatorum dei gracia multiplicatur. Rex Vngarie Bela nomine homo bone relligioniſ et paciſ moritur in paſca. Otto Babenbergenſiſ epiſcopus obiit. cui quidam Tiemo ſucceſſit. Dux Sweuie Chunradus. miſerabiliter obiit. cui frater eius Philippus ſucceſſit. Albertus metropolita-

litanus epiſcopus. Hallenſeſ homineſ diuino et humano iuri contumaciter rebelleſ. pugna et incendio atrocj humiliauit. Salinas et oppidum cum domibus diſſipauit. Apud Karinthiam circa Libniz - turme locuſtarum. magnitudine ſimileſ paſſeribuſ apparuerunt. et queque ſata et utilia eciam in arboribuſ conſumpſerunt. Rara annona et ſterilitaſ magna in diuerſiſ mundi partibuſ.

M. C. LXXXX. VII. Hoc anno in Menſe Februario et Marcio. turbines uentorum maximi. et inundacioneſ. et hominum infirmitateſ. et peſtilencie efferbuerunt. Multitudo innumera ſignatorum uerſuſ apuliam ibidem ſtagnum tranſituri conuenerunt. quorum maior parſ carenſ ſumptibus neceſſariiſ. eodem anno. vel ſtatim repatriant. Dux eciam naueſ de Brunduſio remiganteſ et pene peregrinantibuſ onuſte proh dolor ſubmerſe ſunt. ex nimio tempeſtatis turbine paucíſ mortem euadentibus. Inter quoſ duo abbateſ. Werdenſiſ et Puirenſiſ ſubmerguntur. et alii quam plureſ nobileſ. et hoc in ebdomada paſce feria iiii. Arciepiſcopus maguncienſis. Manegoldus abbas Chremſmunſterenſiſ cum parte magna crucifixorum. mare ſecus Apuliam tranſituri conueniunt. Quos Wolfkerus epiſcopus. et dux auſtrie Fridericus. cum aliiſ pluribuſ tam clericiſ quam laiciſ ſècuntur (*ſequuntur*) verſuſ ieroſolimam eciam tendentes.

M. C. LXXXX. VIII. *Alia manus*. Celeſtinus papa obiit. Innocenciuſ iij. ſubrogatur. Hainricus imperator ——

M. C. LXXXX. VIIII.

M. CC. Poppo epiſcopus Patauienſis. obiit.

M. CC. I.

M. CC. II. *Interpol. manus*. Circa hec tempora Levpoldus dvx Auſtrie et Styrie caſtrum Schærding conſtruxit. de conſenſu Lvdwicj ducis Wawarie. et monaſterium Liernveld. vbi eciam eſt ſepultus.

M. CC. III.

M.

M.CC.IIII. Locus iste tam in ecclesiis. quam aliis edificiis. igne familiari pene totus absumitur.

M.CC.V.

M.CC.VI. Manegoldus abbas istius ecclesie in episcopatum pataviensem eligitur. in quo sedit annis. x. Chunradus abbas Sitanstetensis in abbatem eligitur.

M.CC.VII. Ecclesia ista in quibusdam edifficiis igne secundo crematur.

M.CC.VIII.

M.CC.VIIII. Chunradus abbas deponitur. pro quo dominus Rvdolfus iunior frater noster eligitur. *Manus interpol.* Hic construxit capellam Sancte Marie.

M.CC.X. *Manus interpol.* Hoc anno datum. est nobis priuilegium. de feodis Ortolffi plebani.

M.CC.XI.

M.CC.XII.

M.CC.XIII. *Interpol. manus.* Hoc anno datum est nobis priuilegium de Plikersperg.

M.CC.XIIII.

M.CC.XV. Manegoldus episcopus. apud Wiennam moritur. post cuius mortem. de electione episcopi grandis disceptatio habetur. Innocencius papa synodum magnam rome celebrauit. vdalricus episcopus patauiensis apud Euerdinge eligitur. sed ab omni populo patauiensi et quibusdam canonicis ei resistitur. donec ab apostolico et rege gloriose in episcopatu firmatur. *In margine interpolatoris manus.* Hoc anno datum est priuilegium de Vichtwanch. sub Rudolfo abbate. A Levpoldo dvce.

M.CC.XVI. Hoc anno vdalricus episcopus ab Eberhardo salzpurgensi archiepiscopo in sacerdotem et episcopum consecratur. et lis que a plebe patauiensi aduersus eum habebatur. apud Euerdinge multis ibidem principibus conuenientibus terminatur. Innocencius papa anno pontificatus sui xviiii. moritur. Honorius iij. subrogatur. *Interpol. manus.* Hoc anno a domino Honorio

rio iii. papa confirmatus eſt ordo Predicatorum. et poſt hoc breuiter ordo minorum.

M. CC. XVII. *Interpol. manus.* Hoc anno datum eſt priuilegium de redemcione advocacie. a Levpoldo duce. ſub Rvdolfo abbate. In ſequenti anno M°. cc. xviij. datum eſt nobis priuilegium a domino Vlrico patauienſi epiſcopo de Pvchchirchen ſub domino Rodolfo abbate. Anno M. cc. xx. conſecrata eſt capella ſancte Marie Virginis a domino Eberhardo archiepiſcopo.

Honorio pape ſucceſſit Gregorius ix. papa. qui canonizauit ſanctum Dominicum et ſanctam Elyzabeth.



V.

IN

ANECDOTA QUAEDAM AUSTRIACA.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

Caesareum legum codicem, qui Speculi Suevici nomine notissimus est, uti in Suevicis, Franconicis et Rhenanis Provinciis, ita etiam in Austria legis provincialis auctoritatem et robur habuisse; immo iam inde a Fridericianis temporibus usum illius nunquam penitus intercidisse, ab illustri Senkenbergio in pluribus operibus abunde est demonstratum. Quod ad Austriam singulatim pertinet, magno argumento est, vivum harum legum usum apud nos in foro diutissime perdurasse, quod vix altera Germaniæ provincia sit, in qua tot huius Speculi manuscripta exemplaria, quam in nostris regionibus reperiantur; quod idem a Senkenbergio iam pridem fuerat observatum. Sed agam hac de re data opera uberius, cum sub huius voluminis finem Austriacis diplomatibus monitiones meas præmittam. — Unum aliquod insigne huius Speculi Suevici exemplar in RR. PP. Servorum B. M. bibliotheca Viennæ in Rossaugia exstat, quod eruditus eiusdem bibliothecæ Præfectus R. P. Thomas Aquinas Magis utendum amicissime mihi indulsit. Pretium huius codicis ex eo metiri licet, quod in nitida membrana, eleganti charactere, qui medii sæculi XIII. opus aperte declarat, titulis minio distinctis, magna cura et emendatissime scriptus ac integerimus servatus sit. Non est autem mihi propositum hoc præstans exemplar typis repetendum curare, postquam hoc Speculum Suevicum primum exacta Ioannis Schilteri diligentia, deinde tot aliorum cura impressum est, et passim obvium

habe-

habetur. Sed alia præterea anecdota hic codex continet, quæ, etsi exiles solum reliquiæ esse videri possint, meo iudicio interire nefas esset, & quæ Lectoribus grata fore mihi persuadeo. Hæ additiones & sub initium & sub finem codicis occurrunt. Mihi verosimile est, diligentem scribam eas aut ob aliquam materiæ affinitatem, aut, ut tum erant membranæ parcissimi, ne vel quod illius foliolum vacuum maneret, adiecisse. De his anecdotis pauca præfabor.

II. Quod primo loco se offert, sunt quædam patrio idiomate scriptæ & in rhythmos collectæ regulæ, seu ut ipse auctor eas nominat, *norma & disciplina*, quam mensæ accumbentes tenere oportet. Ex his, cum eiusdem ætatis, et, quod non dubitem, in Austria natæ sint, satis intelligitur, quam fuerint Maiores nostri illis sæculis honestatis, urbanitatis & cultionem morum studiosi.

III. Alterum anecdoton est insigne in favorem Iudæorum diploma, quod Fridericus II., Bellicosus dictus, ex Babenbergensium stemmate ultimus Austriæ & Stiriæ Dux anno 1244. 1ma Iulii edidit. Singulare omnino est tam amplum huic genti tributum privilegium, quod nusquam me legisse, aut eius mentionem factam fuisse memini. Sed de illius autentia dubitare huius coævi codicis præstantia non finit. Utrumque hoc excerptum clarissimus Ioannes Georgius Schwandtnerus, Consiliarius aulicus, & Bibliothecæ Palatinæ Custos, inter singularia sua Manuscripta miscellanea Austriaca, quæ deinde auctione publica in Illustrissimi Baronis Francisci de Prandau bibliothecam transmigrarunt, retulit, & hoc diploma dignum esse censuit, quod philologicis suis observationibus illustraret. Nemo autem, nisi in historia et iuribus Austriacis omnino hospes, ignorare potest, Principibus nostris Fridericiani diplomatis, anno 1156. obtenti, vi, ius, Imperatoribus solis proprium, obvenisse, Iudæos in terris suis tenendi, iisque tamquam cameræ suæ servis utendi: de quo specialis notæ privilegio, Austriacis Ducibus attributo, clarissimus noster Schröttenus Iur. publ. austr. dissertat. IV. §. 17. pag. 136. — 147. ut & in specimine historiæ Stat. austr. §. 35. pag. 444. seqq. pro more suo exacte scripsit. Itaque cum Friderico II. Bellicoso turbulentis regiminis sui temporibus, Provincia omni et incolis pene exhaustis, Iudæorum opera ad congerendas pecunias perquam necessaria esset, non est difficile perspicere, cur eos, illæsis ceterorum subditorum suorum iuribus, indemnes præstare, & singulari favore tueri voluerit.

IV. Praeter haec duo eximius iste codex eiusdem Friderici II. Bellicosi leges Heimburgensibus ad Danubium civibus datas: item privilegia, quae Viennenses et iidem Heimburgenses cives ad promovenda facilius commercia inter se pacti sunt, continent. Quae cum eruditissimus idemque sollertissimus Senkenbergius in suis visionibus diverſ. de collect. legg. Germ. a pag. 268 – 283. ex consimili membranaceo codice Iuris provincialis Alemannici, Bibliothecae Conventus RR. PP. Augustinianorum ad B. V. Annunciatam Viennae typis iam vulgaverit, non sunt a me hoc loco repetenda. At vero cum codex, quem Senkenbergio in manibus fuisse constat, rationes vectigalium et teloniorum Heimburgi seu ad Danubii ripam seu ad urbis portas sub eosdem annos solvendorum non complectatur, quas in praesenti RR. PP. Servorum B. V. codice adiectas esse reperio, non possum me continere, quin easdem, prioribus anecdotis coniunctas, in lucem proferam. Nam si vel aliud commodum non praeberent, non parum tamen ad uberiorem geographiae et chorographiae eius temporis Austriacae notitiam conferent, quae profecto penitioris historiae cultoribus vehementer cordi esse debet.

IV.

V.

EX MSS^o. MEMBRANACEO IN 4to.

RR. PP. SERVORUM B.M.V. IN ROSSAUGIA

VIENNÆ.

Rubr. Daz iſt von der Tiſchzvcht.

Swer nu in ſolher gewizzen ſey.
Daz im wonet zvcht vnd ere pey
Den pitt ich durch den willen mein.
Daz er iz lazze an zorn ſein.
Ob ich ſtraff die ivnge chint.
Die bey ſyben iaren ſint
Vnd noch nicht gewizzen hant
Noch den chain zvcht iſt bechant
Swer nv von zvchten höre gern.
Der ſchol der vnzvcht enpern
Merchet als ir ze tiſche gat.
Die hende nicht vngetwagen lat

Beſnei-

Besneidet die nagel ab den henden.
Sein si lanch daz si evch icht schenden
Welt ir nicht sitzen als ein gauch.
So entlasset der gurtel vmb den pavch
Welt ir ze hoff prot sneiden.
So schullet ir daz vermeiden
Setzt iz nicht vor an die prust
Nach der chranchen weibe gelust
Die dar zv twingt ir chranchev not.
Daz ist ze hof ein grozzer spot
Niemand selb ander sauffen sol.
Mit einem loffel daz stet wol
Mit schusseln sauffen nicht an zimt.
Swer ez also vrailleich nimt
Vnd in sich zevcht als er tobe.
Swie die vnfur doch maniger lobe
Die chvnnen sich nicht versinnen baz.
Er ist der ern ein pæutel vaz
Swer sich v̊ber die schuzzel habt.
Vnd gar vnsavberleichen snabt
Mit dem mv̊nde recht als ein swein.
Der schol bey andern viech sein
Sumleich peizzent ab der seiten.
Nach gar gepæwrischem siten
Vnd stozzent in die schv̊ssel wider.
Disev vnzvcht lazzent die hobschen nider
Sumleich sint so vressing gar.
Daz si nicht nement irs mvndes war
Vnd peizzent in ir selbs hant.
Solich geitichait die hobschen lant
Swer snaudet als ein wazzer dachs
Vnd smakiczt als ein lachs
So er izzt als ein ettleicher pfligt.
Wie gar sich der zvcht verwigt
Swer wiphitzt als er ezzen schol.
Die zwai ziment nicht ze wol

Vnd

Vnd in das tischtuech snevtzet sich.
Als ich des chan versinnen mich
Chain zv̊chtig man des nicht enphlegt.
Daz er sich auf den tisch legt
Vnd ze rukk lainet sich nicht.
Daz stet nicht wol wo daz geschicht
Laint evch nicht auf den ellenbogen
Sitzt auf gericht vnd nicht gesmogen
Greift nicht an evch mit plozzer hant.
Nemt e da für ew selbs gewant
Ob ev ze greiffen dar geschiecht.
Die weil man euch ze tische siecht
Legt auf die chlinge die vinger nicht.
Wie dickh sneiden evch geschicht
Vor ewr ab der schuzzel ezzen.
Der zvcht schult ir nicht vergezzen
E daz ir trincht so wischt den mv̊nt.
Die hobschait zimt wol ze aller stvnt
Ir schult den mvnt ze mazzen.
In den pecher lazzen
Sumleich plosent in daz tranch.
Daz ist ein vngewizzer danch
Als ewr geselle trinchen schol.
So seit vngezzen daz stet wol
Den sit habt für ein missetat.
Swer in dem mvnde daz ezzen hat
Vnd dar zv trinchet als ein viech.
An dem ich dise vnzvcht siech
Dem rat ich daz mit trewen wol.
Daz er iz fürbas vermeiden schol
Ich wæn daz iz auch nicht wol stat.
Swer daz pain genagen hat
Vnd iz wider in die schüzzel tuet.
Do si die hobschait vor behuet
Swer paide reden vnd ezzen wil

Vnd

Vnd in dem slaff gesprechet vil.
Der die zwai wil mit einander tven.
Der chan selten wol gernen
Swelich senif vnd salzen ezzen gern.
Die sullen diser vnzvcht enpern
Die stozzen nicht die vinger dar in.
Die schullen des gewonet sein
Niemant raiche saltz mit plozzer hant.
An disev hobschait seit gemant
Sey daz ir ayer ezzen welt.
Luz enkeutzt vnd geschelt
So sult ir e mit witzzen.
Daz prot mit dem vinger spitzzen
Daz ir e ze aller stvnt.
Hin nach nicht spitzzet mit dem mvnt
Ir greift auch mit dem vinger nicht.
In die ayr als oft geschiecht
Solher vnfur ir nicht enphlegt.
Die schal wider in die schüssel legt
Ir lat auch lieb gesellen mein.
Ewr svehen mit der zvngen sein
In dem mvnde daz vbel stat.
So ir von dem tische gat.
Hie hat die tisch zvcht ein ende.
Got behuet vns an alle missewende. Amen.

Fri-

Friderici II. Bellicoſi, Babenbergici, Ducis Auſtriæ et Styriæ Diploma pro Iudæis.

Fridericus dei gracia dux Auſtrie et Styrie. et dominus Carniole. omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem in perpetuum. Qvoniam vniuſ cuiuſque condicio in noſtro dominio commorantis volumus gracie ac beniuolencie noſtre participes in veniri. Iudeis vniuerſis et in diſtrictu Auſtrie conſtitutis Hæc iura ſtatuimus ipſis in violabiliter obſeruanda.

Statuimus itaque primo vt pro pecunia mobili aut parte in mobili aut in cauſa querimoniali que tangit perſonam. aut res iudei nullus chriſtianus contra iudeum niſi cum chriſtiano et iudeo in teſtimonium ad mittatur.

Item ſi chriſtianus iudeum in pedit aſſerens quod ei ſua pignora ob ligauit. et iudeus hoc diffitetur. ſi chriſtianus iudeo ſimplici verbo fidem ad hibere noluerit. Iudeus iurando ſuper equi valente, ſibi ablato ſuam intencionem probabit et tranſiet abſolutus.

Item ſi chriſtianus ob ligauit pignus iudeo affirmans quod iudeo pro minori pecunia obligauit quam iudeus confiteatur iurabit iudeus ſuper pignore obligato et quod iurando probauerit chriſtianus ei ſoluere non recuſet.

Item ſi iudeus chriſtiano teſtibus non aſſumptis dicat ſe pignus mutuaſſe et ille negauerit ſuper hoc chriſtianus ſui ſolius iuramento ſe expurget.

Item iudeus recipere poterit nomine pignoris omnia que ſibi fuerint obligata quocumque nomine uocentur nulla de hijs requiſicione facta. exceptis ſanguinolentis et madefactis quas nullatenus acceptabit.

Item ſi chriſtianus impetiuerit iudeum quod pignus quod iudeus habet ei furtim aut per violentiam ſit ablatum iudeus iuret ſuper illo pignore. quod tamen

recepit furtim esse ablatum aut raptum ignorauit hoc in suo iuramento implicito. quanto sit ei pignus huius modi obligatum et sic probacione facta christianus sortem et vsuras ei persoluet medio tempore accrescentes.

Item si aut per casum incendij. aut per furtum aut per vim res suas cum obligatis sibi pignoribus amiserit. et hoc constiterit et christianus qui obligauit nichilominus eum in petit. Iudeus iuramento proprio absoluatur.

Item si iudei de facto inter se discordiam mouerint aut guerram. Iudex ciuitatis nostre nullam sibi iuris dicionem vendicet in eosdem. sed ipse dux aut summus terre sue Camerarius Iudicium exercebit. Si autem vergebit in personam soli duci hic casus obseruabitur iudicandus.

Item si christianus iudeo vvlnus qualecumque inflixerit reus duci soluat. Duodecim marcas auri sue Camere deferendas. vvlnerato. xij. marcas argenti. et expensas quas pro suimet curacione impenderit medicine.

Item si christianus iudeum interemerit morte digno iudicio puniatur et omnia rei mobilia et in mobilia in ducis transeant potestatem.

Item si christianus iudeum ceciderit ita tamen quod sanguinem eius non effuderit soluet duci. iiij^or. marcas auri. percusso. iiij^or. marcas argenti. si pecuniam habere non potuerit per truncacionem manus satis faciat pro commisso.

Item vbicumque iudeus dominium nostrum transierit nullus ei aliquod in pedimentum prestabit nec molestiam inferat nec grauamen sed si aliquas merces aut alias res duxerit de quibus mvta debeat peruenire per omnia mutarum loca non nisi debitam soluat mutam quam solueret vnus Ciuium illius ciuitatis in qua iudeus eo tempore demoratur.

Item

Item si iudei iuxta suam consuetudinem aliquem ex mortuis suis aut de ciuitate ad ciuitatem. aut de prouincia ad prouinciam. aut de vna terra in aliam de duxerint nichil ab eis a mutarijs nostris volumus extorqueri. Si autem mutarius aliquid extorserit ut predacio mortui qui volgariter reraub dicitur puniatur.

Item si christianus Cymiterium iudeorum quacumque temeritate dissipauerit aut in uaserit in forma iudicij moriatur et omnia sua perueniant Camere ducis. quocumque nomine nuncupentur.

Item si aliquis temerarie iactauerit super scolas iudeorum Iudici Iudeorum duo talenta uolumus vt persoluat.

Item si iudeus iudici suo in pena pecuniali que dicitur wandel reus inuentus fuerit non nisi. xij. denarios soluat ei.

Item si iudeus per edictum sui iudicis primo et secundo non uenerit pro utraque uice soluet iudici. iiij^or. denarios. Si ad tercium edictum non peruenerit soluat. xxxvj. denarios Iudici memorato.

Item si iudeus iudeum vvlnerauerit suo iudici duo talenta. in penam que wandel dicitur soluere non recuset.

Item statuimus ut nullus iudeus iuret super rodali preter quam ad nostram presenciam euocatus.

Item si iudeus dampno fuerit interemptus ut per testimonium constare non posset amicis suis quis eum interemerit si post inquisicionem factam aliquem suspectum habere ceperint nos iudeis contra suspectum pugilem volumus exhibere.

Item si christianus alicui iudee manum in iecerit violentam manum illius volumus detruncari.

Item Iudex iudeorum nullam causam ortam inter iudeos in iudicium deducat nisi per querimoniam fuerit in vitatus.

Item si christianus a iudeo pignus ab soluit ita quod

vſuras non perſoluerit. ſi eaſdem vſuras infra menſem non dederit illis vſuris accreſcent vſure.

Item in domo iudei nullum volumus hoſpitari.

Item ſi iudeus ſuper poſſeſſiones aut litteras magnatum terre pecuniam mutuauerit et hoc per ſuas litteras et ſigillum probauerit nos iudeo poſſeſſiones aſſignabimus obligatas et ei eas contra violenciam defendemus.

Item ſi aliquis vel aliqua peruerſi iudei abduxerint vt fures volumus condempnari.

Item ſi iudeus receptum a chriſtiano pignus per ſpacium vnius anni tenuerit. ſi pignoris valor mutuatam pecuniam et vſuram non exceſſerit. Iudeus iudici ſuo pignus demonſtrabit et poſtea vendendi habeat libertatem. Si quod pignus per annum et diem aput iudeum remanſerit nulli ſuper hoc poſtea reſpondebit.

Item volumus vt nullus iudeum ſuper ſolucione pignorum in ſua feriali die audeat cohercere.

Item quicumque chriſtianus iudeo per vim abſtulerit pignus ſuum. aut violenciam in domo eius exercuerit ut diſſipator Camere noſtre grauiter puniatur.

Item contra iudeum niſi coram ſuis ſcolis nuſquam in iudicio procedatur nobis exceptis qui eos poſſimus ad noſtram preſenciam euocare.

Item ſtatuimus vt et iudei de talento per ſingulas ebdomedas. non niſi octo denarios percipiant in vſuris.

Vt autem hec noſtra donacio gracioſa perpetuam obtineat firmitatem ſuper hoc preſentes litteras conſcribi iuſſimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtibus qui aderant ſubnotatis qui ſunt venerabilis electus, Sekouienſis. venerabilis Vlricus. Leuprandus. Tumprepoſitus Patauienſis. Leupoldus. prepoſitus. Ardacenſis. Magiſter. Leupoldus plebanus in wienna Prothonotarius noſter. Comes Chunradus de Hardek. Comes Leutoldus de Hardeke. Anſhelmus vir nobilis de Iuſtinge. Otto de Sleinz. Wernhardus et Heinricus de Seueld Chadoldus. Hainricus de Prvnne.

Chon-

Chvnradus de Hintperch. Heinricus Habespach Pincerna. Hainricus de Hakenberch Chunradus de Sekine iudex Curie nostre et alij quam plures. Datum aput Starchenberch. Anno ab incarnacione domini M°. C°. C°. xliiij. Kalendis Iulii Secunde Indictionis.

Nota clarissimi Io. Georgii Schwandtneri super duos terminos *Rêraub* et *Rodali* in hoc diplomate occurrentes.

Reraub, alias etiam *Rhainraub* est spoliatio hominis mortui in flumine reperti. LL. Longobard. edit. Heroldi Tit. VII, vulgo L. I. tit. 12. cap. 1.

Rodali. Rodel des Iuden, seu *Thora* vel *Talmud*. Schilter. observ. 18. ad Königshoven. Chron. pag. 1043. by allen, was in den fünf Büchern Mosis vnd der Iuden ihrem *Rodel* (in iudeorum Rodulo) enthalten.

Hræ, *cadaver*. Plurali *Hræinn*. Inde certum carnivorarum avium genus hodieque septentrionalibus *Hræ-fuglar* vocantur, quod scilicet cadaveribus inhient, iisque saturari gestiant. Andre Bussæus in lexico vocum antiquarum Arii Polyhistoris 4°. Hafniæ 1774.

Rubr. Daz ſint di Recht von der Wazzermaut ze Haimburch.

Waz ein wienner fuert gwant oder chramgwant. der geit. ij. phennig. ein gaſt auzzer lantz geit. xlij. phennig. furt auer ein gaſt ein chlain chaufmanſchaft der geit von eim tuech von Gent oder von Eyper. vj. phennig. Von eim ſwern tuech von dorn. iiij. phennig. Von eim Lodn. ij. phennig.

Furt ein purger plei der geit von igleichem centen. ij. phennig. ein gaſt auzzer lants. iij. phennig. Von einem Lagel öl. ein purger. ij. phennig. ein gaſt iiij. Von einer maiſen Hering ein Purger ij. phennig. ein gaſt. iiij. Von einem ſtubich mit azzech ein purger vj. phennig. ein gaſt. xij.

Von einem gantzen Harnaſch purger oder gaſt. xij. phennig. von einem pantzier. ij. phennig. Von einer platen. ij. phennig. von eim helm ij. phennig. von einer pekelhavben mit einem geheng. j. phennig. von eim ſwert. ij. phennig. von vier hantſchuchen. j. phennig.

Von eim hvndert eiſen purger oder gaſt. iij. phennig. von der zogem eiſen ein purger. ij. phennig. ein gaſt. iiij. von zwainzich ſchinn purger oder gaſt. ij. phennig. vom hundert ſichel ein purger. ij. phennig. ein gaſt iiij. von einer ſegens purger oder gaſt. j. phennig.

Von eim Mutt traeds ein purger inner lants. ij. phennig vnd ein gaſt. iiij. vnd ein purger von Haimburch geit. ij. phennig. von eim gantzen podem mit traed.

Waz man weins von hinne furt der inner lants geſezzen iſt der geit von igleichem. (*) ij. phennig. waz man

(*) *Videtur omiſſum eſſe* vazze.

man aver chaufweins furt von vngern her auf do geit purger oder gaſt. xij. phennig von igleichem vazze. wer ein vaz weins fürt gen Marchek auf der tuenaw der geit ij. phennig purger oder gaſt. Waz ein lantman furt her weins inner lands der geit vom vazze. ij. phennig. Vnd ein purger von Haimburch geit nicht.

Von einer zullen mit ſaltz der gen Haimburch fürt vnd do nider let do geit ein gaſt. ij. phennig. Wer auer ſaltz gen vngern fürt der geit vom phunt chueffſlein. xl. phennig. er ſei purger oder gaſt. Wer ein zullen verchauft gen vngern der geit. vj. phennig. von einer zullen mit obz di zwai leger hat. xij. phennig. Let aber man ſei ze Haimburch ſo geit man do von. ij. phennig. vnd maut obz. vnd ein burger von Haimburch geit nicht von obz daz er gen Hainburch furt.

Zon einer zullen mit heven gen vngern. xij. phennig. vnd. xij. heven. vnd her zů nvr. ij. phennig. Wer ziegel für furt der geit von eim tauſent dach ziegel. iiij. phennig. von eim tauſent Maurziegel. ij. phennig. von einer zullen mit werchſtuchen gen vngern. xij. phennig. von eim Můlſtain gen vngarn. iiij. phennig. von eim ſliffſtain. ij. phennig.

Von einem Hundert Leineins hintz vngern ein gaſt. ij. phennig. ein purger von vaz er ſein gefueren mag. ij. phennig.

Von gadm holtz gen vngern xij. phennig. purger oder gaſt. von hundert pazzawer laden hintz vngern. xij. phennig. purger oder gaſt. von hundert ſednikcher laden. vj. phennig. vom Centen preter. j. phennig gen vngern. Von hvndert latten. j. phennig. von grintlholtz. ij. phennig. von einer mulſpangen. ij. phennig.

Von hundert Ciegelraſen. xij. phennig. purger oder gaſt. von hvndert ſtrorafen. iiij. phennig. von eim phunt tauſen gen vngern. iiij. phennig. von eim phunt ſchrot. iiij. phennig. von einer nevn chueffen. ij. phennig. von eim

eim phunt lagelholtz. ij. phennig. von eim hvndert raefstangen. j. phennig. Von eim eimmer Mets hints vngern. j. phennig.

Waz ein Mæntler furt alts gwants gen vngern der inner lant gesezzen ist der geit nuer. ij. phennig. Ein gast von eim nevn gwant. ij. phennig. von eim altngwant. j. phennig. von eim hvndert pokchvel. x. phennig. von eim hvndert chalpvel. vj. phennig. purger oder gast. vom hvndert lampfel. iiij. phennig. vnd ein purger von haimburch geit nůr. ij. phennig. waz der pokchuel oder chalfel hin dan fůrt. Von einer Mul auzzer lants. xlij. phennig. inner lants xij. phennig. vom Mvtt Rueben auzzer lants. iiij. phennig. inner lants. ij.

Waz ein ledrer hevt her fůrt inner lants der geit. j. phennig. auzzer lants. ij. phennig. waz ein ledrer hin ab fůrt vnversnitens leders der geit. ij. phennig. vnd von versniten geit er nicht vom Emmer Ezzeichs auzzer lants. j. phennig.

Von eim pet hintz vngern. iiij. phennig. von eim sakch wolle ein gast. xij phennig. ein purger. ij. von eim scheff chols inner lants. ij. phennig. wer iz aber von vngern her fůrt der geit vom fueder. ij. phennig.

Wer sich auz dem lant oder inz lant zeucht der geit. xij. phennig.

Waz ein vleischacher her zu furt geit vom Rint. j. phennig. vom gemesten swein. j. phennig. von eim Magern swein. j. helblinch. von eim Chalp. j. helblinch. von eim schof. j. helblinch. von einer Gaiz. j. helblinch. von vier Lampern. j. helblinch. von pachen. j. helblinch. welher vleischacher auer datz haimburch gesezzen ist der geit von dem viech nicht.

Von aim Rőben lodn ein gast j. phennig. ein purger niht. von eim œchsen hintz vngern ij. phennig. purger oder gast. von eim roth tuech. j. phenninch.

Rubr.

Rubr. Daz sint die recht an der wazzermaut her von vngern.

Wer chol füert von vngern er ist ein gast so geit er. iiij. phennig. ein purger. ij. von eim mutt laeh. ein purger. ij. phennig. ein gast. iiij. von eim nevn wagen ein purger j. phennig. ein gast. ij. von acht phlueg redern ein purger j. phennig. ein gast ij. von eim fueder wercholtz ein purger ij. phennig. ein gast iiij. von eim vaz chavfweins von vngern. xij. phennig. purger oder gast. von eim Mutt træds von vngern Ein purger. ij. phennig. Ein gast. iiij. von eim emmer weins von vngern ein purger. j. helblinch. ein gast j. phennig. Wer auer vber Tuenaw wein fürt der geit vom emmer nůr. j. helblinch. von eim hausen ein purger. ij. phennig. ein gast. iiij. von eim Tuch ein purger. j. helblinch. ein gast. j. phennig. von eim schiflein mit vischen. ein purger. ij. phennig. ein gast. iiij. vnd. ij. Mautvische. von einer chreuzzen zullen ein purger. ij. phennig. ein gast iiij. phennig. vnd hvndert Chreuzzen. von eim vischwagen ein purger. ij. phennig. ein gast. xij. von Centen chupher ein purger. ij. phennig. ein gast. iiij. Fürt ein gast hevt vnd wachs der geit. xlij. phennig. vnd ein purger. ij. phennig. von hvndert vngerisches saltz ein purger. j. phennig. ein gast. ij. von hvndert Gutscheins ein purger j. phennig. ein gast. ij. von hundert Aechorn ein purger. j. phennig. Ein gast. ij. von hundert heseim ein purger. j. phennig. ein gast. ij. von hundert zeizel. j. helblinch. von hvndert fuchsein ein purger. ij. phennig. ein gast. iiij. vom hundert hermleins ein purger. viij. phennig. Ein gast. xvj. phennig.

Rubr. Daz sint die Recht an der Tormaut.

Von eim gwantwagen hintz vngern als manich purger auf dem wagen hat chramgwant vnd gwant als maniger muez. ij. phennig geben. vnd als manich gast dor auf hat als manig muz. xij. phennig geben. Allez daz recht daz harnasch auf dem wazzer hat daz hatz auf dem lande. Von pallen veigen ein purger. ij. phennig. Ein gast. xij. von eim wagen mit glas ein purger. ij. phennig. Ein gast. xij. Ein gevnder, der in dem land gesezzen ist vnd glas treit. j. phennig. ein gast. ij. von eim eisenwagen ein gast. xij. phennig. vom eim nevn wagen ein purger. j. phennig. ein gast. ij. waz ein man vber vier gwant an hat da sol er von mauten. von eim pherst ab dem vngerischen. ij. phennig von eim Rint. ij. phennig. vnd. ij. ze zol. von eim Swein ein gast. ij. phennig. ein purger. j. von einem pachen ein gast. ij. phennig. ein purger. j. vom eim schof oder von einer gatzze ein gast. j. phennig. ein purger. j. helblinch. vnd waz ein purger fürt auf eim wagen chlains viechs der geit nur. ij. phennig. vnd wie maniger auf dem wagen hat als maniger geit. ij. phennig. von eim hausen ein purger. ij. phennig. Ein gast. iiij. vnd. iiij. ze zol. von eim tukch ein purger. j. helblinch. ein gast. j. phennig. vnd. j. phennig ze zol. von einem schuhwagen ein purger. ij. phennig. ein gast. xij. von einem wagen. Elen ein purger. ij. phennig. Ein gast. vj. phennig. von einer lait vische ein purger. ij. phennig. ein gast. xij. phennig. vnd einen visch ober in seczet. Fürt ein gast auf einen viswagen heut oder wachs der geit do von besvnder. xij. phennig. vnd ein purger. ij. phennig. Fürt ein gast schoffel oder hiersen hevt der geit. xij. phennig. vnd ein purger. ij. vom geprochen geriem ein gast. xij. phennig. ein purger. ij. von flader ein purger. ij. phennig. ein gast. xij. vom Centen Tesli ein purger. ij. phennig. ein gast.

gaſt. iiij. von einer gewarchten hevt ein gaſt. j. phennig. Waz ein purger auf das vngeriſch fürt geworchts leders der geit. ij. phennig. vnd ein gaſt. xij. Segen vnd ſichel habent ain Recht auf dem lant vnd auf wazzer. von eim hierzen ein gaſt. iiij. phennig. Ein purger. ij. vom eim Swein daz ſelb. von eim Rech ein gaſt. ij. phennig. ein purger. j. von vier haſen. j. phennig. von zehen rephunren. j. phennig. von zehen aychorn. j. phennig. von einem wagen mit ches vnd mit ſmaltz ein gaſt. vj. phennig. ein purger. ij. von einer Hvnraſtel ein gaſt. ij. phennig. ein purger. j. vom eim wagen mit Tekchn ein gaſt. iiij. phennig. ein purger. ij. von eim paſtwagen ein gaſt. vj. phennig. Ein purger. ij. von einem wagen mit azzech ein purger. ij. phennich. ein gaſt. iiij. von einem wagen mit obz von vngern. ij. phennig. ze maut. vnd ewen ze zol. von einem wagen mit obz gen vngarn. ein gaſt. iiij. phennig. ein purger. ij. ven vleucht ab dem vngeriſchen der geit halbe mautt daz iſt. xxj. phennig. vnd wan er wider auz vert ſo geit er nicht. von eim emmer hönich ein gaſt. iij. phennig. ein purger. ij. vom Centen ſmerb. ein gaſt. iiij. phennig. ein purger. ij. vom Centen vnſlid ein gaſt. iiij. phennig. ein purger. ij. Ein igleich pilgreim geit. ij. phennig. auf wazzer vnd auf lant.

Rubr. Daz iſt der zol.

Wer in dem lant geſezzen iſt vnd ein Rint her in treibt der geit. j. phennig ze zol. vnd wer in dem lant geſezzen iſt der geit von eim ſchöff. j. helblinch ze zol vnd von eim Chalp. j. helblinch. vnd von eim Swein. j. helblinch ze zol. von einer haut auzzer lants. j. phennig. an di Raber di gebent nicht. vnd inner lants. j. helblinch. waz ein prukker heut cheft datz haimburch der geit. j. phennig ze zol. von einem protwagen von vngern ein gaſt. ij. phennig ze maut, vnd. ij. helblinch

linch ze zol. ein purger. ij. phennig ze Maut. von einem Roſſ ein gaſt. ij. phennig ze zol. vnd der in dem lant geſezzen iſt. j. phennig. vom pueſem ein gaſt. ij. phennig. Ein Lantman. j. phennig. wer an dem gwant marcht hin geit. der geit von. xxx. phennig. j. ze zol. vnd hinder zwainzken. j. helblinch. vnd von ſechzken oder vber ſechzig wie tevr er geit der geit ij. phennig. wer garn her fürt. der geit auch von. xxx. j. phennig. vnd hinder. xx. j. helblinch. vnd von. lx. oder vber lx. wie vil der iſt nur. ij. phennig.

Rubr. Daz iſt daz metzen Recht.

Von eim Mutt traeds ein gaſt auzzer lants geit. iiij. phennig. ze metzen recht vnd von ein halben mutt. ij. phennig. Geit ein purger hin der geit vom eim mutt. j. phennig. vnd ein lantman geit. ij. phennig. Wer vleiſch her in fürt ab dem vngeriſchen vnd hinn ſchrott, der geit. ij. phennig ze zol. Der aber im Lant geſezzen iſt der geit. j. phennig ze zol.

Rubr. Carmine finito ſit laus et gloria chriſto.
Qui me ſcribebat Iohannes nomen habebat
Si bene feciſti referat tibi gracia chriſti. Amen.

VI.

VI.

IN CHRONICON FLORIANENSE

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

Præsentis chronici auctor nullo quidem huius codicis loco nomen suum profitetur; ad certos tamen annos plures vitæ suæ epochas, idque propia manu sua adscribit: quod codicem inspicientibus, in quo auctor de se ipso clare loquitur, minime dubium fore arbitror. Ita se anno 1282. in S. Michaelis festo natum fuisse: anno 1297. in festo S. Georgii scholas Florianenses adivisse: anno 1300. utrumque parentem amisisse: a. 1305. in festo S. Iacobi ad servitia Domini Præpositi eius Collegii se contulisse: a. 1308. ordine Subdiaconatus initiatum, eodemque anno in Conceptionis B. V. M. festo beneficium ecclesiasticum in Grünbach adeptum fuisse, ac demum sacro cuidam sermoni in urbe Anaso adstitisse testatur. Ex quibus recte colligitur, eumdem clero sæculari addictum, non autem religiosum Canonicorum Regularium ad S. Florianum institutum amplexum fuisse; neque enim id commemorare prætermisisset. Hoc vero nullo modo obstat, quo minus huic codici, celeberrimi Gentiloti iudicium secuti, *Florianensis* nomen tribuamus, cum illius auctorem aut inter eius Collegii parietes, cum Domino Præposito ab obsequiis esset, aut in beneficii ecclesiastici, quod dictorum Canonicorum liberalitate obtinuerat, statione annales suos scripsisse verosimile sit.

II. Chronographus noster historiam suam a S. Leopoldi Austriæ Marchionis genealogia orditur, quam ad ultimos usque exstinctæ Babenbergicæ familiæ surculos pertexit. Tum ad annum 1276., quo Rudolphus I. Cæsar, Habsburgo-Austriacæ gentis fundator, in hanc provinciam pedem intulit, progressus, ea, quæ usque ad annum 1309. evenerunt, quæque seu oculis, seu auribus ipse usurpavit, adnotata, stylo suo complexus est, quorum nonnulla, uti fanaticos a cruce signatis anno 1308. concitatos tumultus, graphice depingit.

Itaque cum pene omni hac ætate vixerit, rebus a se expositis coævus fuit: id quod huic chronico magnam fidem conciliat. Codex membranaceus, in quarto, ut vocant, forma, 26 foliorum, qui in Palatina Bibliotheca inter profanæ historiæ Scriptores numero MIX. servatur, authenticus et originalis, forte etiam autographus est, aut certe sub Auctoris oculis elegantibus characteribus descriptus: notæ in margine adiectæ currente calamo, ac minutis gracilibusque litteris exaratæ sunt. Hunc codicem a Chronographo nostro Alberto Parocho in Waldkirchen oblatum fuisse suspicor, inductus metrice et miniata epigraphe, quæ in codicis initio legitur:

Digna viro digno descriptio mente benigna
Mittitur Alberto virtutum dote referto
Suo Domino speciali.

Adiectum est in fine ætatis illius calendarium; quod dictus Albertus in Necrologium, ad proprios usus destinatum, transformavit, quod miniata inscriptio docet: *Kalendarium Alberti Plebani in Waldchirchen speciales suos defunctos continens, dilectos, dilectiores dominos, socios et amicos*; eidem enim manu propria ipse mortuorum Patronorum, nominatim Præpositorum Florianensium, familiariumque suorum nomina inscripsit. Hoc calendarium & necrologium, cum nihil singulari memoria dignum offerant, resecare, quam volumen augere malui. Aliud quoque huius Florianensis Chronici apographum, in codice membranaceo in folio sub finem sæculi XIV. scriptum, in eadem Augusta Bibliotheca inter prof. hist. Script. num. LXXII. a pag. 330 usque 355. reperitur.

III. Hoc chronicon semper omnibus, quotquot illud manu scriptum in cæsarea Bibliotheca inspexerunt et pervolverunt, magni p retii esse visum est. Eruditissimus Lambecius insigne illius fragmentum Tomo II. pagg. 916 — 919. edidit, sibique propositum fuisse testatur integrum in lucem publicam proferre. Clariss. Ioannes Benedictus Gentilotus, pari eiusdem laude adiecta, commentariis suis in codices Mssos. bibl. Cæs. T. IV. num. MIX. illud intulit. Doctissimi historiæ Austriacæ Scriptores Marcus Hansizius Germ. Sacr. T. I. & Sigismundus Calles in annalibus Austriacis frequentius productis ex eodem testimoniis usi sunt: cuius generis excerpta a me quoque in hist. Austr. T. III. pagg. 613 et 618. data sunt.

VI.

VI.

ANONYMI

CHRONICON AUSTRIACUM FLORIANENSE,

INCIPIENS A S. LEOPOLDO MARCHIONE

ET DESINENS IN A. C. 1310.

Generatio Leupoldi Marchionis Austrie. Lupoldus Marchio cognomento pius, extitit fundator duorum Monasteriorum in Austria. Neunbnrch et sancte crucis. Tertium vero a progenitoribus suis fundatum, Medlich nomine, libertati donauit. quartum in cella sancte Marie quod tamen ipse non fundauit, sed habito suorum consilio hesitantes fundatores preuenit, et oratorium in suo iure fundauit. Iste Leupoldus. Marchio duxit uxorem Agnetem nomine. filiam Heinrici imperatoris quarti per quam habuit decem et octo pueros, quorum septem tempore infantie de hoc medio sunt sublati. Vndecim uero qui superuixerunt, uidelicet sex filii. et quinque filie, ad honores temporalium rerum non modicos fere omnes promoti sunt.

Pri-

Primogenituſ Adalbertuſ qui factus eſt aduocatus omnium clauſtrorum ad aduocatiam Marchioniſ ſpectantium. Poſtquam obiit ſepultuſ eſt cum patre et matre in clauſtro Neunburgenſi. Secundus Heinricuſ, qui et diutiuſ omnibus uixit et a patre minus diligebatur. Hic monaſterium ſancte cruciſ ab Abbate Heinrico inchoatum. in edificio pro maiori parte iuuit edificare. Dedit etiam ſancte cruci Villam que dicitur Minchendorf. Iſte Heinricus primuſ dictus eſt Dux Auſtrie nam antea erant Marchioneſ. Extitit etiam fundator Monaſterii ſancte Marie Virginis Scotorum Wienne. Genuitque duoſ filioſ. Leupoldum qui ſucceſſit Patri in Ducatu. et Heinricum fratrem eius qui poſtea dictus eſt dux de Medlico qui ſupradictus Heinricus poſt quam obiit ſepultuſ eſt in Monaſterio Scotorum Wienne quod ipſe fundauit. Tertius filius Marchionis Leupoldi fuit Leupoldus qui factus eſt Dux Bawarie Deditque Chotwicenſi Eccleſie Drumaw et Talarn, qui cum cognouiſſet ſe moriturum. Nobileſ ſecum manenteſ adiurauit ut ipſum mortuum deducerent in Auſtriam ad ſanctam crucem. quod et factum eſt. Quartuſ Herneſtus qui etiam ſepultuſ eſt in ſancta cruce. Quintus Otto qui profecit in egregium Clericum qui factus eſt Mormundenſis Monachus cum quindecim qui ſecum veneraut electiſſimis Clericiſ. Venerat enim a ſtudio Pariſienſi. Deinde ad iſtiuſ Ottonis petitionem. Leupolduſ Marchio Pater eiuſ cepit fundare ſanctam Crucem. Hic factus eſt poſt hec Epiſcopus friſingenſis. Qui cum Viſitaret. domum Mormundenſem, mortuuſ eſt illic ac ſepultuſ in eodem loco. Sextus Chunradus qui factus eſt Epiſcopns Patauienſis. Deinde Archiepiſcopus Salzburgenſis et in cenobio ad montem eſt ſepultus,

Primogenita filiarum Leupoldi Marchioniſ fuit Perichta quam duxit Heinricus Purkrauius Ratiſponenſis, Secunda Agneſ quam accepit Boleslauſ. Dux de Polan. Tercia Gerdrudiſ que copulata eſt Lazlao Duci

Bo-

Bohemie. Quarta Elizabeth hanc accepit Hermannuſ Lantgrauiuſ de Saxonia. Quinta Iudita quam duxit Nobiliſ Regengerus Marchio de monte Phetran. Mortuiſque omnibus, filiiſ Leupoldi Marchioniſ. Leupolduſ filiuſ Heinrici Ducis ſuſcepit Ducatum. Iſte Leupolduſ fuit primuſ. qui poſſedit Stiriam cum Auſtria. Dictuſque eſt Dux Auſtrie et Stirie. Erat enim ualde uirtuoſus dilexitque Viros religioſos. Deditque Eccleſie Chotwicenſi Sultz et Paungarten. et maiorem partem ſilue quam habet Eccleſia Chotwicenſis. Sed heu lapſus de equo fractoque crure apparuit veſica venenoſa in crure. vnde amputato crure induit habitum. et iuit ad ſanctam Crucem. qui poſtquam moritur ſepelitur ibidem. Hic habuit duoſ filios, Fridericum et Leupoldum fratrem eiuſ. Mortuo patre primogenitus hoc eſt Fridericus ſuſcepit ducatum, hic erat ualde virtuoſus. Qui mortuuſ ſine liberis ſepultus eſt in ſancta Cruce. Deinde Leupoldus frater eiuſ. factus eſt Dux Auſtrie et Stirie. Iſte Leupolduſ extitit fundator. Campililiorum qui poſtquam obiit ſepultuſ eſt in Campo liliorum. Hic habuit. iij. filios et iiij^or^ filias. Primuſ Leupolduſ qui viuente patre cum frequentaret Scolas. Neunburch mortuuſ eſt et ſepultuſ ibidem. Secundus Heinricus qui non habuit filios ſed vnicam filiam. Deinde mortuuſ et ſepultus in Neunburch, Tertiuſ Fridericuſ hic patre mortuo ſuſcepit Ducatum Auſtrie. factusque eſt Dominus carniole. Erat enim animoſuſ nimiſ et probiſſimus Miles qui duxit exercitum contra Belam Regem Vngarie. Victoque exercitu Bele Regiſ. ac in fugam omnibus cum rege conuerſis eadem die interfectus eſt et ſepultuſ in Sancta Cruce. Quo mortuo non erat Dux in Auſtria et Stiria ortaque ſunt mala in Auſtria et Stiria innumerabilia. Filia vero Henrici Duciſ Gerdrudiſ contraxit cum ſeniore filio Regiſ Bohemie qui breuiter mortuuſ eſt ſine liberis, Predicta vero Gerdrudiſ filia Heinrici Ducis. duxit alium Mari-

tum. Hermannum Nobilem Virum de Paden Marchionem. Genuitque filium nomine Fridericum: et filiam, qui Hermannus breuiter mortuus sepultusque est in Neunburch. quo mortuo non erat Dux in Austria et Stiria. Item Gerdrudis filia Heinrici Ducis: duxit tertium Maritum nomine Romanum Regem Ruscie, qui postquam genuit filiam per eam, Reuersus est in terram suam nec ultra vidit eam. Regina Margarita filia Ducis Leupoldi uxor Heinrici Regis qui fuit filius friderici Imperatoris mortuo eodem Heinrico reuersa est in Austriam et contraxit cum Otakaro filio Regis Bohemie. qui potenter obtinuit austriam et Stiriam. Sed cum uideret quod non posset per eam liberos generare ipsam repudiauit et Neptem Regis vngarie duxit in Vxorem.

Anno domini M°. cc°. lxxvj°. circa festum sancti Michahelis. RudolfusRomanorum Rex duxit exercitum in Austriam contra Otakarum Regem Bohemie quem dicebat occupare in preiudicium Imperii Austriam Stiriam et Carinthiam. Sed eodem tempore conuenientibus circa Wiennam ipso Rudolfo et Otakaro et pluribus aliis principibus et Nobilibus idem Otakarus predictas terras prefato Rudolfo resignauit, et ei tamquam suo domino homagium fecit, et in Bohemiam iuit. Dominus uero Rudolfus Rex intrauit Wiennam vbi per continuum triennium et amplius mansit et predictas terras in pace strenue gubernauit, Anno vero domini M°. cc°. lxxviij°. predictus Otakarus Rex Bohemie suorum suasionibus instigatus et forte penitentia ductus de restitutione terrarum predictarum duxit exercitum ad confinia Austrie contra Rudolfum Regem predictum, cui idem Rex habens in comitatu Regem vngarie, et indigenas Austrie et Stirie et Militiam Reni occurrens apud Marcham fluuium inter Durrenchrut et Drezing cum eo bello Campestri vna sexta feria vij°. Kalendas Septembris strenue dimicauit quo bello idem Otakarus occiditur cum multis aliis Nobili-

mogenitus Rudolfi Regiſ tum propter recentem dolorem ex obitu patris contractum, qui ea uice defunctuſ erat tum propter rebellionem quorumdam ſuorum Miniſterialium ea uice uires ad reſiſtendum Regi Vngarie proh dolor non habebat ſed per Epiſcopos et nobiles ambarum partium conſenſſit inter ſe et regem ipſum amicabile placitum in campo qui dicitur Vizze ex oppoſito contra Puſonium ordinari. Quo placito conuenientibus amicabiliter partibus, et Epiſcopis ac nobilibus eorum omniſ occaſio diſcordie cum bono honore duciſ complanata fuit. Nam omnia caſtra Vngarie exiſtentia in confinibus Auſtrie. per que Auſtria ſepiuſ conſueuerat moleſtari mandauit prefatuſ rex Vngarie demoliri.

Anno dominj M.cc. Nonageſimo primo in Paraſceue CiuitaſAkkannenſis. in qua tum dicuntur fuiſſe lxx.a milia bellatorum, a ſoldano babilonie per dies xliiij.or obſeſſa. die xlv° eſt capta et per incendium in fauillam redacta et muriſ et omnibus eiuſ edificiis dirutis predicti bellatoreſ et tota chriſtianitaſ inibi conſtituta ferro igne et mari eſt deleta et plurima pars chriſtianorum eſt in captiuitatem abducta.

Anno domini M°. cc°. Nonageſimo ij°. Albertuſ Dux Auſtrie Wienne poſt natiuitatem domini, cum multiſ terre ſue Baronibus, Septingentis ut dicitur. Wienne accingitur ſollempniter cingulo militari. Circa idem tempus aput Franchenfûrt, in die Apoſtolorum Philippi et Iacobi Dominus Adolfus Comes de Nazzaw eligitur in Regem Romanorum, et ſubſequenter Aquiſgrani in Regem Alemanie coronatur.

Anno domini m°. cc°. xciij°. poſt longam vacationem Sedis Romane et magnaſ diſcordiaſ Cardinalium ſuper electione Romani Pontificis, iidem Cardinales elegerunt

runt quendam Petrum Monachum, qui in Monasterio quodam segregatus a fratribus, solitariam et sanctissimam vitam duxit, qui consecratus in Papam ex humilitate maxima quam habebat; multa talia facere voluit qualia modo non patitur status, et dignitas Romane ecclesie, Volebat enim ut dicitur sicubi necesse esset ire tantum in asino exemplo domini ad passionem euntis, et ualde despecto habitu indui, et ad ipsum inducere Cardinales Tante autem mansuetudinis et benignitatis fuit, quod petitiones omnium ad se recurrentium liberaliter exaudire conseuit. Vnde multa fecit sine maturitate et preter vsitatum ordinem Curie, dictus est autem Celestinus. Hic non dum completo anno, a die sue electionis, dolens plurimum se securitatem uite monastice amisisse, et ab occupationum tumultibus ad uite pristine suauitatem anhelans, approbantibus Cardinalibus statutum fecit, ut papa si vellet posset cedere de papatu, et consequenter ipse cessit, et succedit ei Dominus Benedictus Dyaconus Cardinalis qui dictus. est Bonifacius. Hic de consilio cardinalium multa reuocauit que fecerat celestinus per que poterat ecclesiis lesio prouenire. Iste Celestinus timens ne post cessionem saltem per simplices. haberetur pro papa. et per consequens scisma in ecclesia oriretur, fecit se inaccessibilem. Nam semper manebat in tali loco, vbi nemo eum sciebat preter eos qui sibi vite necessaria ministrabant.

In margine. Eodem anno Georii Prepositus (*intellige* Sancti Floriani) Vlricus moritur, cui successit dominus Aimwicus vir gloriosissimus.

Anno domini m°. cc° Nonagesimo quinto in Octauis Pasce Monasterium sancti Andree aput Traysmam in Austria fuit a fulmine concrematum, et eadem estate diuersis temporibus plura loca a fulmine sunt cremata. Eodem quoque anno xij°. Kalendas Septembris cir-

bilibus et in predicto fluuio plurimi de parte ipsius Otakari submerguntur. Rudolfus vero Rex Wiennam rediens post triumphum sollempniter excipitur et subsequenter multa sua et Imperii negotia strennue ibidem gessit. Nam duxit exercitum contra Marchionem Brandenburgensem, qui Marchio reconciliatus tandem est ipsi Regi et duo liberi Regis et Marchionis matrimonialiter coniunguntur. Circa idem tempus inter Hartmannum filium Regis Rudolfi et filiam Regis Anglie Wienne per internuncios sponsalia contrahuntur. Rudolfus vero Rex, supradictis et multo pluribus suis et Imperii negotiis ordinatis. et fundato in Tulna Monasterio sanctimonialium ordinis predicatorum ad partes Reni reuertitur reliquens primogenitum filium suum Albertum vicarium Imperii per Austriam et Stiriam generalem.

Anno Domini M°.cc°.lxxviiij°. circa festum Kathedre sancti Petri moritur in Tulna Petrus Episcopus.

Anno domini M°.cc°.lxxx°. circa conuersionem sancti Pauli Moritur Wienne Anna Romanorum Regina uxor Rudolfi Regis.

Anno domini M°.cc°.lxxxij°. in festo Natiuitatis domini Rudolfus Rex Curiam Regalem celebrauit Auguste, in qua predicto Alberto primogenito suo et Rudolfo fratri suo contulit Austriam Stiriam et Carniolam. Eodem tempore moritur Wienne Dominus Wichardus Pataniensis Episcopus, cui succedit Dominus Gotfridus, tunc Pataniensis Prepositus, Prothonotarius Rudolfi Regis. Hic electus in die Scolastice virginis sedit annis duobus et dimidio et moritur apud Nurnberch, Cui succedit dominus Wernhardus de Prampah, existens de Ministerialibus Ecclesie Pataniensis et tunc Canonicus Pataniensis et Plebanus Wiennensis. *In margine.* Anno domini M°.cc°.lxxxij. in Mychahelis natiuitas mea.

Anno domini M°. cc°. lxxx°. vj. in festo Purificationis sancte Marie, Rudolfus Rex Regalem Curiam celebrat in Augusta, in qua Domino Meinhardo Comiti Tyrolis contulit Ducatum Karinthie.

In margine. Anno domini M°.cc°. lxxxiiij°. Quidam fasciniator se fridericum Imperatorem simulans magnam partem Alamannie in errorem duxit, tandem compertis prestigiis suis per dominum Rudolfum regem crematur.

In margine. Anno domini M°. cc°. lxxxvij. Iudei supra renum in Ciuitate quadam, quemdam deo deo deuotum nomine Wernhardum clam abducunt, et in die parasceue ad instar Saluatoris morte afficiunt qui per dei graciam multis iam claret miraculis.

In margine. Anno domini M°. cc. lxxxviij°. Sanctus Virgilius Iuuauensis episcopus transfertur a domino Rudolfo ad edem Ecclesie archiepiscopalis.

In margine. Anno domini M°. cc, lxxxviiij°. Hainricus dux babarie in Puerchausen moritur. et in Landshuet honorifice sepelitur.

Anno domini M°. cc°. lxxxx°. In diuisione apostolorum moritur Rudolfus Rex, et aput Spiream sepelitur. Hic licet regnauerit in Alemannia xviij. annis, tamen non peruenit ad coronam imperialem. Circa idem tempus, Andreas Marchio de Este cum post mortem Lazlai regis Vngarie, per Vngaros, utpote propinquior heres regni in Regem esset electus et coronatus exercitum ducens in Austriam, in quo habuit Tartaros et Ruthenos. et alias barbaras nationes, terram Austriam a fluuio que dicitur Lita usque Wiennam abductis in captiuitatem eius inhabitatoribus quasi totam destruxit incendiis et rapinis, Albertus vero dux predictus primogen-

circa horam vespertinam subito cepit ventus ualidissimus qui per diuersa loca Austrie plura edificia et etiam muros ualidissimos deiecit. Eodem etiam anno diuersis temporibus et per diuersa loca terremotus magni facti sunt. Eodem etiam anno Albertus dux Austrie in festo Martini Wienne cepit grauiter infirmari, ita quod a medicis desperatus circumquaque fuit mortuus nunciatus. propter quod quam plures de Austria spolia in terris et aquis grauia comiserunt. Prefato uero Duce mirabili prouisione dei contra opinionem omnium conualescente restituto inter eum et Ministeriales Austrie grauis oritur discordia qua durante idem Dux

Anno domini M°. cc Nonagesimo sexto post Natiuitatem domini filiam suam Andree Regi Vngarie dedit Vxorem. Eodem anno circa Pasca Nycolaus papa iiij^us. statum Regis Vngarie Andree nititur infirmare. Nam dicebat, quod in preiudicium Romane Ecclesie esset in regem Vngarie per Episcopos Vngarie coronatus. Vnde eodem tempore misit in Vngariam Dominum Iohannem Episcopum Esinum. Contulerat etiam prius idem regnum vtpote Romane Ecclesie vacans, cuidam nepoti Caroli Regis Sycilie eumque ad idem regnum coronari fecit. Eodem etiam anno Otto Dux Bawarie fultus auxilio Chunradi Archiepiscopi Salztburgensis, et quorundam Nobilium Stirie intrauit Stiriam, et primo intrauit Monasterium Admontense ablatis ibi rebus omnibus quas inuenit. Demum processit usque in Leuben. Albertus vero Dux transiuit Montem Semerinch cum suis hominibus ad occurrendum Duci predicto. Erat autem tunc temporis propter densitatem niuis et frigus intolerabile itinerandi et mouendi Castra maxima difficultas. Otto vero Dux post multorum suorum Nobilium captionem rediit ad terram suam in nullo consecutus uotum desiderii sui.

Anno

Anno domini M°. cc°. Nonageſimo vij°. circa feſtum beate Margarete Oppidum Raſtat ab Alberto Duce Auſtrie per ſex Septimanaſ et ampliuſ obſidetur, ac tandem cum ipſum oppidum capere non poſſet ſine vtilitate recedit. *In margine.* Eodem anno feſto beati Georii intraui Scolas ſancti floriani. — Eodem quoque anno inter ipſum Ducem ex vna. et Chunradum Archiepiſcopum Salzburgenſem et Ottonem Ducem Babarie ex parte altera ſuper litibus queſtionibus iniuriis ac dampnis datis hinc inde aput Lintzam placita per magnos comportata principes celebrantur, Sed nec tunc ibi nec in Patauia vbi ſubſequenter dicti domini cum magniſ ſumptibus

Anno domini M°. cc°. Nonageſimo viij°. in Purificatione beate Virginiſ conueniunt, aliqua inter eoſ concordia potuit procurari.

Anno domini M°. cc. Nonageſimo ix. in Ducatu Alberti Duciſ Auſtrie prope Styram a quibuſdam Ruſticiſ illarum partium maximus Theſauruſ maxime in aureiſ denariiſ in terra reconrlituſ inuenitur. Tandem res proditur idemque theſaurus a potentioribus earundem partium occupatur et inter plures diſpergitur, Albertus vero Dux predictus aſſerenſ ad ſe de iure theſaurum huiuſmodi pertinere, Occupatoreſ ipſius impetiit pro eodem et ex eo partem modicam apprehendit. Quod autem idem theſaurus ualde vetuſtus et diu ibi reconditus fuerit patet ex eo quod aliqui de dictiſ aureiſ, habebant talem ſuperſcriptionem ſiue numiſma. Fauſtina Auguſti Pii filia. Erat autem Fauſtina filia Antonini Pii Imperatoris qui cepit regnare. anno domini C°. xl, Vnde colligitur quod iidem denarii fuerint ſub eodem Principe fabricati. Eodem anno in feſto Pentecoſtes Wentzeslauſ. filius Otakari quondam Regiſ Bohemornm, et Guta Vxor ſua, filia qnondam Rudolfi Regis Romanorum Prage per Moguntinenſem Archi-

Archiepiscopum sollempniter coronantur. Predicta uero Guta. post coronationem non plene uixit xiiij.or. dies, Prage moritur et ibidem sepelitur. Eodem anno die decima Mensis Máii Bonifacius papa viij°. in Palatio prope sanctum Petrum Rome deposuit, Dominos, Iacobum et Petrum Cardinales de Columpna.

Anno domini M.°.CCC°. Regnante Adolfo Romanorum Rege Albertus Dux Austrie fiduciatus per quosdam electores Imperii. de Regno Romanorum quod sub regimine prefati Adolfi dicebatur multipliciter deformatum. ascendit ad partes Reni in quadragesima ubi stetit donec ad festum Iohannis Baptiste. Quo festo decurso quodam die cum diceretur prefato Adolfo, quod predictus Albertus fugam iniret ipse incaute sequens interfectus est et prefatus Albertus subsequenter est in Regem Romanorum electus et Aquisgrani sollempniter coronatus. Eodem Anno in eisdem partibus Iudei cum corpore Domini in quodam Oppido Rôting nomine, quoddam graue malefitium comiserunt. Vnde quidam Ciuis, venditor carnium de dicto oppido zelo fidei christiane accensus primum adiutus vulgo dicti oppidi puniuit Iudeos auctores dicti maleficii. Deinde adunatis sibi multis peditibus et equitibus quorum omnium Capitaneus fuit venit Wirzbůrch et Nůrnberch, et ad alias plures Ciuitates et oppida vbi morabantur Iudei inducendo ac eciam compellendo Ciues eorum, quod sibi tradiderunt Iudeos, ad cremandum. Ipsorumque Iudeorum nulli parcens condicioni, etati uel sexui plura milia concremauit. Quia uero prefatus, Iudeorum persecutor hec omnia auctoritate propria faciebat nec ab aliquo superiore super hiis acceperat potestatem. Albertus Romanorum Rex. Ciues dictarum Ciuitatum et oppidorum magna pena pecuniaria multauit tam quia res. iudeorum crematorum usurpauerunt, tunc quia Iudeos seruos Camere sue ipsi persecutori tradere presumpserunt.

runt. Eodem quoque anno Ciues Patauienſes oppoſuerunt ſe Wernhardo Patauienſi epiſcopo Domino ipſorum ac eum et Patauienſes Canonicos a Ciuitate Patauienſi recedere ſuis inſolentiis compulerunt. Eodem anno in feſto Martini. Albertus Rex celebrat ſuam primam Curiam in Nůrnberch. vbi reſtituit Epiſcopum Patauienſem dominio Ciuitatis Patauienſis.

In margine. Eodem anno pater, et mater meus moriuntur.

Anno domini M°. CC°. Nonageſimo viiij°. Albertuſ Dux Auſtrie ſciens quod Miniſteriales Auſtrie minuſ eum diligerent ſciens que quod iidem Miniſteriales Adolfum Romanorum Regem in depulſionem ipſius vocaſſent. in Auſtriam, in capite quadrageſime leuauit ſe verſus renum, vbi cum ſtetiſſet, donec ad feſtum Beati Iohannis Baptiſte et eſſet quaſi comunis opinio omnium Auſtralium quod non deberet bene ſuccedere, ipſe vno bello campeſtri de dicto Adolfo magnifice triumphauit, quo bello idem Adolfus occiditur, dictuſque Albertuſ per electores imperii in Romanorum Regem eligitur et aquiſ grani ſollempniter coronatur.

Anno domini M°. ccc°. j°. poſt Natiuitatem domini moritur Andreaſ Rex Vngarie.

Anno domini M°. ccc°. Bonifacius papa viij. edidit conſtitutionem que incipit. Super ſpeculam. que facit pro concordia clericorum ſecularium et fratrum predicatorum et Minorum. Eodem quoque anno ab eiuſ initio uſque in finem Dominus papa omnibus per quindenam continuam. Eccleſias ſanctorum Apoſtolorum Petri et Pauli viſitantibus dum modo vere contriti et confeſſi eſſent plenam ſuorum conceſſit veniam peccatorum Propter quod de uniuerſis mundi partibus tanta venit multitndo hominum Romam quantam nulla meminit hominum etaſ. Eodem etiam anno circa Natiuitatem do-

domini Rudolfus Dux Auſtrie Primogenituſ Alberti Regis duxit in Auſtriam Vxorem ſuam Dominam Blancham Sororem Phylippi Regis Francie. Que in breui defuncta ſepelitur Wienne aput minoreſ fratres. Eodem etiam anno Dominus Nycolaus oſtienſis Epiſcopus a Domino papa Bonifacio Legatuſ Vngarie deſtinatur. qui ſucceſſit Bonifacio pape. dictus que eſt Benedictus. quo in breui defuncto, poſtquam Cardinales ſuper prouiſione Ecclesie diutius diſcordaſſent tandem elegerunt Archiepiſcopum Burdelgalonenſem de prouincia prouincie, qui dictus eſt clemens. Hic iam in regno francie iam in dicta prouincia curiam ſuam habuit. et vſque hodie ibidem manet, nec poſt creationem ſuam ytaliam uidit.

Anno domini M°.CCC°.iiij°. Albertus Romanorum Rex circa feſtum Michahelis cum magno exercitu intrauit Bohemiam contra Wenzezlaum Regem ſed nichil profecit quia propter inſtantiam hiemis ipſum de terra ſine fructu recedere oportebat.

Anno domini M°.ccc°. quinto. *In margine.* Eodem anno Iacobi in ſancto floriano ad ſeruicium prepoſiti me recepi. —— Moritur Wenczlaus. Rex Bohemorum predictus cui ſuccedit in Regno filiuſ ſuus Wenzezlauſ. filius Sororis Alberti Romanorum Regis quo non multo poſt aput Olmuncz Machinatione ut dicitur Baronum latenter interfecto Albertuſ Rex predictuſ primogenito ſuo Rudolfo Duci Auſtrie et omnibus fratribus filiis ſuis Regnum Bohemie tamquam ſibi vacans contulit et diuerſis temporibus miſſa in Bohemiam militia idem Regnum ſubiugare adtemptat et plures de baronibus ſubmiſerunt ſe ſibi et in dicto Regno plures Ciuitates et caſtra tradita ſibi fuerunt et perſonaliter venit Pragam mittendo ipſum Rudolſum in corporalem poſſeſſionem regni. Poſt hec in breui prefatus Rudolfus moritur, cui

fuccedit in Ducatu Auftrie Fridricus frater fuus. et Albertus Rex.

Anno domini millefimo CCC° vij°. intrat Bohemiam cum graui exercitu ad fubiugandum Regnum pueris fuis. Sed iterum propter inftantiam hyemis remanentibus in deuotione fua, Praga, et aliis munitionibus et Baronibus. qui fe antea fibi fubdiderant abinde fine ulteriori fructu recedere cogitur.

Anno domini M°. ccc°. vij°. in die apoftolorum Phylippi et Iacobi Albertus Rex a Domefticis et familiaribus fuis, fcilicet a Iohanne filio fratris fui Rudolfi Ducis Auftrie et fuis complicibus Dum in partibus Reni de vno loco ad alium tenderet et ipfi eum cuftodire crederentur. necatur et tunc tota Bohemia rebellis efficitur. Nec Barones aliquem de Pueris fuis poftea recipere uolebant, et diuerfis fuper regno nouitatibus acceptatis. Tandem vocauerunt regnaturum fuper fe Heinricum Ducem Karinthie habentem in matrimonio filiam Wenzezlai Regis prioris. cui folum regni nomen dantes ipfi vero Barones ufque hodie regnant in Bohemia. Eodem anno circa Epiphaniam Domini Heinricus Comef de Lützelburch eligitur in Regem Romanorum. et aquifgrani follempniter coronatur.

Rubrica. De deletione Teutunicorum.

Anno domini M°. ccc°. viij° Clemens papa quintuf deleuit ordinem templariorum mandanf per locorum epifcopos. bona ipforum mobilia et immobilia. nomine Romane Ecclefie occupari. Caufa uero deletionif eorum fuit quia comperitur per eos quedam fpurca et abhominabilia fidei katholice contraria fieri, inter que idem Dominus papa expreffe fcripfit in litteris fuis quod infra plures annof numquam vnus receptus fuerit

rit in illo ordine quem non oportuerit abnegare ihesum christum. et expuere in ymaginem crucifixi.

In margine. Eodem anno ordinem Subdyaconatus pentecosten recepi. Eodem anno in Conceptione beate virginis beneficium in Gruenpach recepi. Eodem anno obsessum est Castrum Neunburgum a Duce Ottone Babarie et dirutum.

Eodem anno idem dominus papa Armenie et apri (a) regnis. que nunc sarracenorum incursibus frequenter molestabantur. volens succurrere quo facilius terra sancta in futurum recuperari posset per Magistrum et fratres Ierosolimitanenses sancti Iohannis. ad ipsa regna mandauit generale passagium instaurari, christicolis per orbem vniuersum eos in hoc negocio promouentibus diuersas gracias et indulgencias largiendo. Tunc quidam Ciuitatum et oppidorum per Alemanniam parassiti sectatores otii, post dilapidatas suberas (b) et cum illis agricultores Sutores, pelliperarii et alii manuales operarii. omnes miseri et mendici et inualidi instigante se ut creditur iniquo et deceptore spiritu cruce signauerunt se ipsos et armis quilibet pro posse suo se muniuerunt, et sic de singulis locis cum singulis locis sepulchrum dominicum preferentes ibique armati et cruce signati incedebant nec relinquebant locum quamtumlibet abditum uel humilem ad quem non uenirent. tamquam in terre sancte subsidium petitari (c). ita quod interdum vno die in vno loco ad minus due, interdum x. interdum xx. caterue talium apparebant. a clericis laycis ymo et Iudeis non tam petentes quam vi extorquentes elemosimam. De Iudeis specialiter asserendo quod per statutum imperiale pro ipsis in fauorem terre sancte introductum. de nouo pos-

(a. b. c.) Ita Codex.

possent eos etiam armis compellere ad danda sibi subsidia, Et certe per sapientes coniectores statim in ortu suo satis notati fuerunt quod uidelicet eorum negocium nullum erat. ex eo, quod nec exspectauerant aliquem predicantem de mandato, apostolico verbum crucis, sed se ipsos cruce signauerunt. Item quod de solis et puris mendicatis et extortis, preter que aliud non habebant, tam sumptuosum iter non poterant perficere. Et quod inter eos nulla erat valens uel diues persona. Nec aliquem generalem Rectorem habebant, nec Magistros et fratres predicti curabant eos. Item quod aliqui eorum preparabant nauigia et dicebant se uelle per Danubium in mare ire et sic ad terram sanctam quod propter interiacentia discrimina, numquam est ab aliquo quantumque potente principe attemptatum et alia multa erant per que factum eorum satis patuit nullum esse. Et tamen multitudo simplicium populorum extincta pene ad omnes in operibus karitatis in solos tales elemosinas profundebat. Illi igitur tales in morem muscarum. multiplicati super numerum. et de elemosinis cum scandalo omnium intuentium lasciue viuentes. tandem in talem temeritatem excreuerunt, quod alicubi Clericis oblationes de altaribus rapiebant verberantes ipsos et non recipientibus se, mortes excoriationes expulsiones de Ecclesiis et alia dira et horribilia cominarentur. Hii autem erant omnibus diriores quibus se coniunxerant Clerici questuarii, qui quidem Clerici questus gratia tam ridiculosa et erronea nec fidei katholice consona predicabant quod horrorem discretis auribus inferebant. Predicauerunt enim meritis suis adeo fieri mirabilia que omnino facta non erant. Audiui ego vnum in Anaso predicantem in hec uerba. Videte karissimi quoniam negocium nostrum nutu diuino dirigitur. Recipientibus nos rerum vbertas. solatium sanitatis a deo tribuitur. Domus non recipientium, igne misso celitus concremantur. Multi

no-

nostrum iam venerunt ad terram sanctam, qui dimicantes cum Sarracenis vno bello campestri vitam glorioso martyrio finiuerunt. Et inter multa milia occisorum de nostris non erat vnum corpus quod non nigro Cendato aurea cruce intexta desuper celo misso miraculose esset vestitum. Vnde indifferenter nobis est uel hic uel ultra mare occidi. quia sepulchrum domini nobis vbique est. et resistere turbatoribus negotii nostri, et propter hoc etiam mori in, omni loco coronam nobis preparat sempiternam. Vidi quod idem ille questuarius dum post talia et adhuc multo plura. portenta monstra et audacia predicata missam in continenti diceret, nec minister suus ad aram. Laycus in armis terribilibus nec aliquis de sequacibus suis numero quasi xlv. omnes similiter uix patentibus oculis. armati, sacrosancto Sacramento. saltem in eleuatione sua aliquam reuerentiam uel denudando capita. uel ponendo gladios. uel flectendo genua exhibebant. Alius quoque Berichtoldus de Ratisponensi Dyocesi presbyter questuarius lat° veniens in Plasenstayn etiam cum talibus multis sequacibus suis Sacerdotem ibidem ad altare stantem et missam celebrantem. cum ad uoluntatem suam pro eo in sermone non faceret. per vnum de dictis sequacibus balistarium iaculari fecit, quod etiam factum fuisset si non idem sacerdos premonitus ab astantibus fuge presidio se saluasset. Horum igitur cum insolentie cottidie inualescerent factum eorum non integris iiij^or. mensibus durauit et post hoc tamquam fumus repente euanuit. Nam cessante circa eos. elemosinarum profusione que tantis flagitiis fomitem ministrabat. Deposuerunt sancte crucis signum deposuerunt et arma et tamquam muta simulacra incedentes. non habebant quod se insultantibus responderent. et derisionibus patuerunt. itaque usque hodie in aliquibus locis non recipiuntur ex statuto incolarum locorum illorum et iuramento uallato tamquam apostate. crucis chri-

christi. et qui falso sub nomine peregrinationis ad terram sanctam elemosinam petiissent. Circa idem tempus infra vnum annum scilicet. a Vigilia Beati Bartholomei. in anno domini M°. ccc°. viiij°. usque in secundam vesperam Beati Laurentii: et in anno domini M°. ccc°. x°. eclypsata est Luna et Sol. semel etc.

Alia manus. Anno domini M°. ccc°. x°. obsidio castri Scherding.



VII.

VII.

IN IANNS ENNICHEL

RHYTHMICAM PRINCIPUM AUSTRIÆ ET STIRIÆ HISTORIAM, ALIAQUE CONIUNCTA OPUSCULA OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I.

Tria peregregia patriæ hiſtoriæ monumenta una exhibemus, quod ea in præclaro codice, ex quo illa eruimus, coniuncta reperiantur, et uni eidemque Auctori tribuenda eſſe videantur. Codex membranaceus, quo continentur, prægrandis in folii forma voluminis, ex Bibliotheca Tirolenſi Ambraſiana anno 1665. a Lambecio ad Palatinam Vindobonenſem translatus, magna diligentia et elegantia exaratus ac optime ſervatus, inter profanæ hiſtoriæ Scriptores Mſſos numero LXXXI. locum nactus, non eſt poſtremum eiusdem ornamentum. Quatuor ingenii partus, patrio, id eſt, Auſtriaco idiomate, ſcriptos hoc volumen continet: quod omnino pro ea ætate ſingulare eſt, cum illorum auctorem medio ſæculo XIII. vixiſſe nemini dubium ſit. Primum opuſculum, ſoluta oratione ſcriptum, de Auſtriæ & Stiriæ finibus tractat: alterum Auſtriæ & Stiriæ Principum hiſtoriam usque ad poſtremum Friderici II. Bellicoſi vitæ annum rhythmis enarrat: tertium genealogiam Marchionum & Ducum Auſtriæ ac Stiriæ, ex illuſtri Comitum Babenbergenſium gente oriundorum, partim ſoluto ſermone, partim rhythmis exponit, cui genealogia Auguſtæ Domus Habsburgo-Auſtriacæ ob Imperatore Rudolpho I. usque ad annum 1439. producta, ab alio Anonymo proſa oratione exarata, ſubiungitur: quartum, ceteris longe

amplius, contentam in ſacris veteris teſtamenti bibliis hiſtoriam rhythmis complectitur. Tria priora hoc loco in lucem proferimus: quartum ad cenſum noſtrum non pertinet.

II. Ante cetera de horum opuſculorum Auctore agendum eſt. Atque is, ne quis dubio locus eſſet, ſe ipſum patrio idiomate *Ians*, item: *Herrn Ianſen ennichel*, itemque in alio chronico: *der Ianſen Enikel* nominauit. Ea vero compellatio pleriſque perſuaſit, eum ex pervetuſta Ennenkeliorum in Auſtria gente natum fuiſſe, e qua poſterioribus annis Ennenkelii Barones de Albrechtsburg prodierunt, & quorum poſtremum, Iobum Hartmannum Ennenkel, Baronem de Hoheneck & Goldeck anno 1627. 9ª Februarii Viennæ obiiſſe Illuſtris Ioannes Georgius Adamus L. B. de Hoheneck in præclaro germanico ſuo opere: *Genealogica et hiſtorica deſcriptio Statuum Auſtriæ ſupra Anaſum*. T. III. pag. 154. teſtatur. Sed cum ea de re cum Reverendiſſimo ac Perilluſtri Domino Franciſco Paulo de Smitmer, Metropolitanæ Eccleſiæ Viennenſis Canonico, & inſignis Ordinis Melitenſis Commendatore, Viro multiplici ſcientiarum genere ornatiſſimo, ſermonem haberem, protulit is conſcriptam a ſe de hac ſingulari quæſtione diſſertationem, in qua longe diverſam a communi opinione de Auctoris noſtri ſtemmate ſententiam propugnat. Quæ diatribe cum non vulgarem eruditionem, magnamque in diſcutiendis genealogicis difficultatibus dexteritatem ſapiat, multis precibus ab Eodem impetravi, ut eamdem hoc loco inſerere mihi liceret: qua re magnam apud litteratos me gratiam commeritum fuiſſe non dubito. En vero illam:

Ianns der Ennenkel
öſterreichiſcher Poët aus dem XIII. Iahrhunderte Verfaſſer des von Hieron. Megiſer im I. 1618. zu Linz herausgegebenen Fürſtenbuch von Oeſterreich und Steierland, und einer von P. Hier. Pez excerpirten Reimchronik.

„ So merkwürdig für die öſterreichiſche Geſchichte die Reim-
„ werke eines Ianns des Ennenkel oder Enninchel ſind, ſo unrich-
„ tig findet man anderer Seits, und widerſprechend die Nachrich-
„ ten, welche uns von demſelben Hieronymus Megiſer in Thea-
„ tridio Heroum Auſtriæ, der Freiherr von Hoheneck in ſeinem
„ dritten genealogiſchen Band, der P. Hieronymus Pez T. II. S.
„ R. A. col. 537. und Herr von Khautz in ſeinem Verſuche einer
„ Geſchichte der öſterreichiſchen Gelehrten gegeben haben.

„ Aus mehreren Stellen des Fürſtenbuchs ſowohl als der Reim-
„ chronik erhellet, daſs der genannte Verfaſſer um die Mitte des
„ XIII. Iahrhunderts gelebet habe. Er kann alſo unmöglich bei

„ der

„ der hiesigen Cathedralkirche zu S. Stephan Canonicus gewesen
„ sein, wie von ihm Megiserus und Hoheneck schreiben, nachdem
„ da die Canonicaten erst im Iahre 1365. vom Herzoge Rudolf IV.
„ gestiftet worden.

„ Das Wenige, was Ianns oder Iohann der Ennenkl von sich
„ selbst uns zur Nachricht in seiner Chronik singt, besteht in folgen-
„ den Versen:

Der diez getickt gemacht hat
Der siczt zu wienn in der Stat
Mit Haus und ist Iohanns genant
An der Chroniken er es vant
Der Iansen Enikel so hiezz er
Von dem puch nam er die ler.

„ Das nämliche wiederholet er in dem Fürstenbuch mit diesen
„ andern Reimen:

Ich bin Ians genant
Daz geticht ich von mir selb vant
Herr Iannse der Enninchel haizz ich
Dez mag ich wol vermezzen mich
Daz ich ein rechter wienner pin.

„ Der Herr von Khautz wundert sich, wie über eine so klare
„ Aeusserung unsers Poëten der gelehrte P. Pez habe zweifeln mö-
„ gen, ob derselbe ein wirklich geborner Wiener gewesen, oder
„ nur ein hiesiger Burger. Mir scheinet, dass Pez sich nicht woll-
„ te in die Frage einlassen, ob Ianns aus dem edlen Geschlechte
„ der Ennenkl Freiherrn von Albrechtsburg abgestammet sei. An-
„ tiquo ac splendido apud Austriacos, ut verosimiliter non nemo
„ tradit, genere prognatus, sind die eigenen Worte des P. Pez, etsi
„ fortassis non natum, civem tamen fuisse Viennensem, certum te-
„ nemus.

„ Der Freiherr von Hoheneck behauptete ausdrücklich, dass
„ derselbe nicht zu Wien geboren gewesen, sondern nur, *weil er*
„ *immerdar zu Wien gewohnet, sich selbst den Wiener genannt habe.*
„ Die Absicht hierbei bei dem angeführten Genealogisten war, dass
„ alle jene, welche er in unsern österreichischen ältesten Urkunden
„ und Geschichtsbüchern angetroffen hat, dass sie Ennenkeln ge-
„ nannt worden, sollen für Abstämmlinge des in Oesterreich ob der
„ Ens uralt ritterlichen und nachher freiherrlichen ennenkelischen
„ Geschlechte gehalten werden.

„ Ein Otto dictus Ennenkel aus dem Iahre 1009. und 1049. wird
„ als der Stammvater angegeben: dessen Sohn solle 1116, *Dietrich*
„ *Ennenkel* gewesen sein: dieser *Dietrich* solle einen Sohn gleiches
„ Namens gehabt haben, welcher der Grofsvater gewesen unsers
„ wienerischen Dichters, und dessen Bruders *Haimon Enenkl*, von
„ dem jener Otto Ennenkl solle erzeugt worden sein, dessen unser
„ Dichter in seiner Chronik mit folgenden Reimen gedenkt, wo er
„ erzählt, dass im Iahre 1240. der Herzog Friedrich mit sich nach
„ Böhmen die Söhne der vornehmsten wienerischen Burger genom-
„ men, um sich der Treue der Stadt zu versichern.

Her Haimen Enenchl sun er auch nam
Der hies zwar auch Otte
Das sag ich ane spotte.

„ Man findet in alten Handschriften, dass der Name unsers
„ Iannsen Ennenkel sehr verschieden geschrieben worden; bald *En-*
„ *ninchel*, bald *Ennichel*, *Enikel* u. s. w. Wie dieses geschehen sein
„ mag, wird ein deutscher Alterthumskundiger leicht begreifen, sagt
„ Herr von Khautz, der nicht den geringsten Anstand gefunden, mit
„ dem Freiherrn von Hoheneck über die ennenklische Genealogie
„ einzustimmen, und alle die vorgenannten *Ennenkeln* oder *Enikeln*
„ oder *Enkeln* aus dem XI. XII. und XIII. Iahrhunderte als Herren
„ von Ennenkl des uralt österreichischen Adels anzuerkennen.

„ Es fragt sich aber, von welcher Zeit das Wort Ennenkel, En-
„ nikel, oder Enkel zum Zuname des gemeldten edlen österreichi-
„ schen Geschlechts geworden; denn bekanntermassen heisst *Enkel*
„ und *Ennenkel* oder *Enninchel*, *Enikel* bei den Alten so viel, als
„ Kindes Kind; zuweilen auch in weiterer Bedeutung die Nach-
„ kommen überhaupt.

„ Richtig ist, dass im XI. Iahrhunderte die österreichischen alten
„ Gelehrten und Bürger noch keine eigene und bestimmte Zunamen
„ gehabt, sondern sich von ihren Stammschlössern, oder von ihren
„ Herrschaften, von ihren Geburtsörtern, ihren Wohnplätzen, von
„ ihren Aemtern, von ihren Handwerken, oder von ihren Eltern
„ oder Grofseltern geschrieben haben.

„ In einer wienerischen Urkunde, und zwar aus dem Iahre 1262.
„ werden uns als Zeugen von den damaligen hiesigen Burgern ge-
„ nannt: *Otto filius Haymonis: Rudigerus tunc Iudex wiennensis:*
„ *Chunradus frater magistri monete: Sidilo an dem Ekke: Ulricus*
„ *filius Rudigeri: Waltherus Goltsmit: Reinhardus maritus Zeleu-*
„ *binne.* In einer andern aus dem Iahre 1275. und also noch spä-
„ tern:

„ tern: *Dominus Paltramus ante cimiterium Sancti Stephani. Chunradus dictus Chrigler tunc Iudex ciuitatis wiennensis. Chuno quondam magister monete wiennensis. Heimo et Otto fratres filii Ottonis. Heymonis felicis memorie: Leupoldus in alta platea. Rudgerus et Paltramus in Vitmarcht. Ernestus Institor. Chunradus Wustein-storfer. Pilgrimus et Georius fratres Chriglarii: Leupoldus Riemer* Cives &c.

„ Diese zwo da angeführten Urkunden belehren uns nicht nur, „ wie die ansehnlichsten wienerischen Bürger gegen Ende noch des „ XIII. Iahrhunderts meistens gepflegt haben sich zu nennen, sondern sie entdecken zugleich auch, daſs jener *Haimen Enenchl*, von „ dem unser wienerischer Dichter *Ianns* oben gesungen hatte (*der hiezz Otte daz sag ich ane spotte*) nicht aus dem Geschlechte der „ *Herren von Ennenkl Freyherrn von Albrechtsburg* gewesen, sondern „ ein Enkel, Nepos Heymonis, das ist, *des Haymons Sohnes Otten sein Sohn*. Dieses bestättiget eine andere Urkunde dat. Wienne „ 1290. in cena Domini, wo gesagt ist: *Otta filius Ottonis filii Haymonis tunc iudex ciuitatis Wiennensis:* und um endlich vollkommen uns zu überzeugen, wer der genannte *Haimen Enenchl* gewesen sei, so schreibt *Peter Bischof ze Basel und obrister Phleger und Verweser der Pharrechirchen Sanct Stephan ze Wienn an unsers Herren Stat Herczogen Rudolfes von Osterreich* in einem Briefe „ *dat. Wienne* 1301. *des næchsten Freitags nach Sand Peternellen Tage: Wir geloben dem erbern Ritter Hern Otten Hern Haimen Enenkel von wienne ze fordern an der Vreyunge seiner Chapellen, die er gepawet und gestifft hat an seinem hause*, nämlich dem jetzigen Rathhause der gemeinen Stadt Wien.

„ Da es nun also erprobt ist, daſs weder *Herrn Haimen Ennenkel von wienne*, weder auch alle die andern von dem Freiherrn „ von Hoheneck in der ennenklischen Genealogie aufgeführten noch „ ältern *Ennenckeln* oder *Enninckeln* und *Ennyckeln* wirkliche Herren „ von Ennenkl gewesen sind, sondern die Enkeln ihrer ganz verschiedenen Groſs- und Stammväter, so ist von selbst einleuchtend, „ daſs auch unser Wiener Ianns, der Verfasser des Fürstenbuchs von „ Oesterreich und Steierland, und der gereimten Universalchronik „ nicht könne unter die Herren von Ennenkl gezählet werden, aus „ dem einzigen Grunde, weil selber sich einen *Ennenkel* oder *Enninchel* geschrieben hat, und daher aus Miſsverstand der Freiherr „ von Hoheneck ihn in die enneneklische Genealogie eingetragen „ hat, und zugleich aus ihm einen Sohn des *Dietrichs von Ennenkl* „ steierischen Ministerialis, und einen Bruder des oftgedachten *Haimons Ennenkl* gemacht.

„ Hätte unser Ianns mit seinem Geschlechtsnamen oder Zunahmen
„ *Ennenchel* oder *Enninchel* geheissen, würde es genug gewesen sein,
„ um sich uns zu entdecken, ein und das andere mal nichts mehrers
„ zu sagen, als *Iannse der Enninchel haiz ich* oder *Iannse der Ennenkel hiezz er*. Warum sollte er im Fürstenbuche geschrieben haben:

Ich bin Ians genant
Herr Iannse der Enninchel haizz ich.

Und auf gleiche Weise in seiner Chronik:

Der dicz geticht gemacht hat
— — — ist Iohanns genant
Der Ianse der Ennenkel so hiezz er.

„ Solle *Ianns* sich selbst einen *Herrn* betitelt haben? Dieses ist
„ nicht wahrscheinlich; wohl aber, dass er also geschrieben haben
„ möge:

Ich bin Ians genant
Herrn Iannsen der Enninchel haizz ich.

Und in seiner Chronik, wie dort der P. Pez gelesen hat:

Der dicz geticht gemacht hat
— — — ist Iohanns genant
Der Iansen Enikel so hiezz er.

„ Er mag sich nun aber *Iohann Herrn Iannsen Enninchel* oder
„ *der Ianse der Ennenkel*, oder aber, wie man bei P. Pez liest, *der*
„ *Iansen Enikel* geschrieben haben, so bleibt doch immer unwider-
„ sprechlich, dass er der Enkel eines wienerischen Burgers Iannsen
„ gewesen - - *ein rechter Wiener*, - - *mit Haus in der Stadt* ansässig.

„ Uebrigens läst sich nicht ohne Grunde vermuthen, dass von
„ *Iannse*, oder dem Iohann, dessen Enkel unser Dichter gewesen ist,
Chvenrat Gaiſt. zwainzich phenninge ein vaſchanch hven. vnd ein herbiſt hven.

Dietmar Gaiſt vierzich phenninge. zwai vaſchanch hven. zwai herbiſt hvener.

Die Svmme von Phnurren Reutte. Iſt zehen phvnt an fvnf vnd zwainzich phenninge.

Svmme des chorns. drei ſchillinge Gortz.

Svmme

Svmme der hvener hvndert vnd zwelfe.
Svmme der Gense. sint Dreizehen gens.

Rubr. Ze Halle daz ober ampte.

Die Gvglinne ein swein. fvnfzich phenninge wert zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier ein chese. fvnf hvener.

Fridreich in dem weizzenpache. ein swein. fvnfzich phenning wert. einen gehavften mezzen chorns. dreizich aier. ein chese. drev hvener.

Gvndacher an der hveb ein swein. fvnfzich phenninge wert. zehen metzn habern. zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier. ein chese zwai hvener.

Albreht ob schvtzinge. ein swein fvnfzich phenninge wert. einen gestrichen metzen chorns. zwainzich aier ein chese fvnf hvener.

Vlreich von dem lehen bei dem garten fvnfzehen metzen habern einen gestrichen metzen chorns. dreizich aier ein chese fvnf hvener.

Albreht an der strazze. ein swein fvnfzich phenninge wert zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier. ein chese zwai hvener.

Wernher in dem holtz. ein swein sehzich phenninge wert. fvnfzehen metzen habern. zwen gehavft metzen chorns. dreizich aier. einen chese zwai hvener.

Vlreich in dem holtz ein swein. fvnfzich phenninge wert. einen gehauften metzen chorns. dreizich aier. ein chesse fvnf hvener.

Hainreich liehtmaister an der wise. ein mvtte habern. zwen gestrichen metzen chorns. vierzich aier. zwen chese. zehen hvener.

Ottel an dem lehen fvnfzehen metzen habern. einen gestrichen metzen chorns. zwainzich aier. ein chese fvnf hvener.

Hainreich ob des haies - - - ein swein fvnfzich phenninge wert fvnfzehen metzen habern. einen gehauften

ten

ten metzen chorns. vnd einen geſtrichen chorns. vierzich aier ein cheſe ſiben hvener.

Hainreich auf der Galgen hveb. fvnfzehen metzen habern. zwen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier. ein cheſe. fvnf hvener.

Der vrivnt in der Grveb. ohthalben metzen habern. funfzehen aier. ein cheſe. drev hvener.

Otte vnder der leitten ein ſwein fvnfzich phenninge wert zehen metzen habern. zwen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier. ein cheſe drev hvener.

Hainreich an der wiſe. fvnfzehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier. ein cheſe fvnf hvener.

Albreht Chepeler. ein Swein fvnfzich phenninge wert. zehen metzen habern. zwen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier ein ches zwai hvener.

Hainreich da ſelb als vil.

Gvndacher in der Grveb. fvnfzehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns.. zwainzich aier. einen ches fvnf hvener.

An Rvedlins auf der leiten als vil.

Svmme der phenninge von dem obern ampte datz Halle. fvnf ſchillinge vnd fvnf phenninge.

Svmme der ſwein. ſehs vnd fvnfzich ſwein. Der vorgenanten ſwein. ſvln zwai ſehzich wert igleichez ſein. vnd ainz eines halben phvntes. Dev andern allev ze fvnfzigen.

Svmme des habern zwaimindreizich mvtte. vnd fvnf vnd zwainzich metzen vnd ein halber metze.

Svmme des chorns. vier mvtte. ainlef metzen vnd ein viertail.

Svmme der hvener. vierzehen ſchillinge. vnd ſiben.

Svmme der aier. zehen phvnt. ſehs ſchillinge an zehen aier.

Svmme der cheſe. hvndert vnd ainlef ches.

Svmme der Gens. vier.

Svmme

Svmme der phenninge der Satzvnge des selben amptes Ist fvnfzich phenninge.

Svmme der Swein. siben swein. igleichez ist fvnfzich wert.

Svmme des habern. fvnf myte vnd drei vnd zwainzich metzen.

Svmme des chorns. sehtzehen metzen gestrichner mazze. vnd fvnf metzen gehavfter mazze.

Svmme der hvener. zwai vnd nevnzich.

Svmme der aier. zwai phvnt.

Svmme der chese ainsminzwainzich.

Rubr. Daz Nider ampte ze Halle.

Des ersten daz vrbor vnd die gulte ze Chremstorf.

Dietmar dient ein swein. fvnfzich phenninge wert einen gehauften metzen chorns. dreizzich aier. ein ches. eins phennings wert. vnd drev hvener.

Chvenrat sein nahgebavr. als vil.

Dietreich als vil.

Hainreich da selb. als vil.

Vlreich als vil.

Vlreich datz Ode. ein swein. fvnfzich phenninge wert. einen gehavften metzen chorns. dreizzich aier. ein ches drev hvener.

Chvenrat da selbe als vil. vnd dient baide sehzich phenninge.

Chuenrat Nochel. ein swein fvnfzich phenninge wert vnd zehen metzen habern gehaufte. zwen gestrichen metzen chorns. dreizzich aier. ein ches drev hvener.

Hainreich an dem Pvehel. ein swein fvnfzich phenninge wert einen gehauften metzen chorns dreizzich aier ein ches. drev hvener.

Chvenrat an dem zavn. ein swein fvnfzich phenninge wert. oht metzen habern. zwen metzen chorns gestrichen. dreizich aier. ein chese. drev hvener.

Die witibe datz Engelhartstorf. fvnfzehen metzen

habern. einen gehauften metzen chorns. dreizich aier. ein ches drev hvener.

Hainreich da ſelb als vil.

Chvenrat Grvebler ein ſwein. fvnfzich phenninge wert. einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier. ein ches drev hvener.

Slater ein Swein. ſehzich phenninge wert. oht metzen habern. zwen gehauft metzen chorns. dreizich aier ein ches. drev hvener.

Otte datz Strazz ein ſwein fvnfzich phenninge wert einen gehavften metzen chorns. dreizich aier. ein ches. drev hvener.

Datz Meinhartſtorf. Chvenrat eninchel. fvnfzehen metzen habern. einen gehavften metzen chorns. dreizich aier. ein ches drev hvener.

Chvenrat in der Hvelin als vil.

Chobler als vil.

Albreht da ſelbe als vil.

Chvenrat Scherer als vil.

Chvenrat an dem ende als vil.

Wernhart da ſelb als vil.

Der Smit als vil.

Lintner als vil.

Hainreich Hvlgner als vil.

Datz Poeſendorf. Albreht. fvnfzehen metzen habern. einen gehauften metzen chorns. dreizzich aier. einen ches oht hvener.

Chvenrat der hvter als vil.

Der ivnge wirt als vil.

Datz Lazendorf. Hainreich Molner. ein ſwein fvnfzich phenninge wert. einen gehauften metzen chorns. dreizich aier ein ches drey hvener.

Chvenrat da ſelbe fvnfzehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier. ein ches dreuzehen hvener.

Datz Selreit Spiegel. fvnfzehen metzen habern. einen

einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier ein ches. ſiben hvener.

Gundacher da ſelb. als vil.

Otte Zahman fvnfzehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier ein ches. drevzehen hvener.

Otte vor dem Hevmade als vil.

Otte da ſelb als vil.

Chvenrat als vil.

Datz Staineſtorff die Witibe. fvnfzehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier. ein ches aht hvener.

Hainreich da ſelb. als vil.

Levpolt Gletzel am Spehſteige. zehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. zwainzich aier. ein ches aht hvener.

An dem mittern ſpehſteig. Vlreich fvnfzehen metzen habern einen geſtrichen metzen chorns. dreizich aier ein ches drevzehen hvener.

Levpolt an dem Nidern Spehſteige als vil.

Datz Entzmanſtorf. Hainreich ein mvtte habern grozzer mazze einen gehauften metzen chorns. dreizich aier. ein ches oht hvener.

Fridreich da ſelb als vil.

Chvenrat von einer pevnt zehen phenninge.

Datz vronhoven der Slizzler. ein ſwein fvnfzich phenninge wert. fvnfzehen metzen habern. einen gehavften metzen waitz. dreizzich aier ein ches oht hvener.

Der ſelb von ein vorſt hveb. als vil.

Rvedolf ein ſwein. fvnfzich phenninge wert. fvnfzehen metzen habern. einen gehauften metzen waitz. dreizzich aier. ein ches. oht hvener.

Gvndacher der vorſter als vil.

Fridreich an dem anger als vil.

Herman da ſelb als vil.

Hadmar als vil.

Hainreich Lintner. als vil.

Der ſmit zehen metzen habern. zehen aier ein ches.

Dietmar an dem vrſpringe. ein ſwein fvnfzich phenninge wert.

Myet ein vrowe datz Siernich ſehzehen hvener. der geit ſi vierev von einem garten.

Vlreich der Smit da ſelb. zehen hvener.

Des Pyrner ſvn. fvnf hvener.

Des hveter ſvn. vier hvener.

Gvndacher auf der chamer hveb. ein ſwein ſehzich phenninge wert. fvnfzehen metzen habern. zwen gehauft metzen chorns. dreizich aier. ein ches. drev hvener.

Dietreich in dem Pvertzel. zehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. zwainzich aier einen ches. fvnf hvener.

Levpolt da ſelb. ein ſwein fvnfzich phenninge wert einen geſtrichen metzen chorns. zwainzich aier ein ches drev hvener.

Chvenrat von Scherfinge. fvnfzehen metzen habern. einen gehauften metzen chorns dreizich aier ein ches drevzehen hvener.

In der Grveb der Rot. ein ſwein fvnfzich phenninge wert. einen gehavften metzen chorns. zwainzich aier. einen cheſe. fvnf hvener.

Datz Helfratſtorf. Albreht ein ſwein. fvnfzich phenninge wert. einen gehauften metzen chorns. dreizich aier. einen ches. fvnf hvener.

Wernhart da ſelb. als vil.

Chvenrat da ſelb als vil.

Ludweich da ſelb fvnfzehen metzen habern. einen gehavften metzen chorns. dreizich aier ein ches fvnf hvener.

Ronbneleins öde. fvnfzehen metzen habern. einen geſtrichen metzen chorns. zwainzich aier ein cheſe. fvnf hvener.

Daz ſelb gvet iſt erſt geſtifte vnd dienet vber ein Iar.

Datz

Datz Poesendorf. Otte ein swein fvnfzich phenninge wert. fvnf vnd zwainzich metzen habern. zwen gehauft metzen chorns. vierzich aier. zwen chesse. siben hvener.

Rvedolf da selb. ein swein fvnfzich phenninge wert. zehen metzen habern. zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier einen chese. zwai hvener.

In Mvtzweinchel. zehen metzen habern. einen gestrichen metzen chorns. zwainzich aier ein chese. fvnf hvener.

Hainreich in der Leiten. ein swein fvnfzich phenninge wert. zehen metzen habern. zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier ein ches zwai hvener.

Hainreich sein nahgebavr als vil.

Datz Greim hartstorf vlreich ein swein. fvnfzich phenninge wert zehen metzen habern. zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier ein ches zwai hvener.

Die Witibe da selb als vil.

Seibot in der Grveb. zehen metzen habern. einen gestrichen metzn chorns. zwainzich aier. ein ches. fvnf hvener.

Vlreich datz Diepoltstorf ein swein fvnfzich phenninge wert zehen metzen habern. zwen gestrichen metzen chorns. dreizich aier ein chese. zwai hvener.

Gvndacher da selb. fvnf vnd zwainzich metzen habern. zwen gestrichen metzen chorns. vierzich aier. zwen ches. zehen hvener.

Datz Ernstorf. Gebhart oht metzen habern. einen halben metzn chorns. fvnfzehen aier. ein ches fvnf hvener.

Hainreich an der Haide zwen vnd zwainzich metzen habern. zwen gestrichen metzen chorns. vierzich aier zwen ches. zehen hvener.

Elbel in dem Erleh ein swein fvnfzich phenninge wert. einen gehauften metzen chorns. dreizzich aier. ein ches fvnf hvener.

Hainreich Im Weizzenpache. fvnfzehen metzen habern. einen geftrichen metzen chorns. zwainzich aier ein ches fvnf hvener.

Datz Pentzendorf Ortolf fvnfzehen metzen habern einen gehauften metzen chorns. dreizich aier ein ches. fvnf hvener.

Vorht lieb auf der Hveb. ein fwein fvnfzich phenninge wert einen gehauften metzen chorns zwainzich aier einen chese zwai hvener.

Hainreich auf der hveb als vil.

Ortolf auf der hveb ein fwein fvnfzich phenninge wert. zehen metzen habern. zwen geftrichen metzen chorns. dreizich aier einen ches zwai hvener.

Otte da felb als vil.

Eberhart in der Grveb. ein fwein. fvnfzich phenninge wert einen gehauften metzen chorns. zwainzich aier ein ches. zwai hvener.

Chvenrat in der Grveb zehen metzen habern. einen geftrichen metzen chorns. zwainzich aier ein ches. fvnf hvener.

Gvndacher in der awe fehzich phenninge. einen gehauften metzen chorns. zwainzich aier ein ches.

Bei der Chremfe. ain hvener lehen. fvnfzehen hvener fvnfzehen aier ein chefe.

Walchven auf dem Perge. ein fwein fvnfzich phenning wert einen geftrichen metzen chorns dreizich aier ein ches drev hvener.

Hainreich der Hengeft in der Wientz. dreizich phenninge. einen halben metzen chorns. dreizich aier. ein ches. zwai hvener.

Dietreich Chobel. fvnfzehen phenninge. ein viertail chorns fvnfzehen aier. ein ches. zwai hvener.

Hainreich Glehtzel. aus fwaben Revtte. zehen hvener zehen

Reliqua defunt.

IX.

IX.

IN CHRONICON LAMBACENSE OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I.

Lambacum in Auſtria ſupra Anaſum Trauni fluvii ripæ adiacens oppidum iam vetuſtiſſimis Romanorum temporibus non ignobile fuiſſe, rudera, quæ in hunc diem ſuperſunt, & celebris illa inſcriptio demonſtrat, quam clariſſ. Lambecius L. II. Comment. Bibl. Aug. edit. Kollar. T. II. col. 341. ſeqq. detectis Lazii erroribus erudite ac copioſe illuſtravit. Poſterioribus temporibus hæc ditio Dynaſtas, Comitum nomine magniſque divitiis inſignes habuit, ex quibus Arnoldus Caſtrum Lambacum, quod incoluerat, in templum, adiuncto Presbyterorum collegio, convertit: tum vero Arnoldi filius Adalbero Epiſcopus Herbipolenſis, ultimus illius proſapiæ ſurculus, Ordinis S. Benedicti alumnos ibidem collocavit, qui Patrono ſuo, in exilio fatis functo, illuſtre monumentum, ab eodem Lambecio l. c. ſumma fide deſcriptum, poſuerunt. Multa, quæ ad uberiorem huius Cœnobii hiſtoriam pertinent, in doctiſſimi Ioannis Georgii Adami L. B. de Hoheneck genealogica & hiſtorica deſcriptione Statuum Auſtriæ ſupra Anaſum T. I. pag. 553. ſeqq. & pag. 708. ſeq. reperiuntur. Sed ea de re præcipue legendæ ſunt clariſſimi Hieronymi Pezii obſervationes præviæ in S. Adalbero-

beronis vitam, & in Abbatum Lambacensium catalogum, quæ anecdota, ex authenticis dicti Cœnobii codicibus eruta, Tomo II. S. R. A. a col. 1. usque ad 50. inseruit. Mirum, ne quid negem, mihi videbatur, ab hoc sollertissimo ac sagacissimo Annalium Austriacorum indagatore nullum illius Asceterii chronicon in lucem protractum fuisse: id quod indicio est, aut nullum huius generis chronicon in litterariis eius Cœnobii scriniis superesse, aut Lambacenses se illo, tamquam peculio, privare noluisse. In Augusta Bibliotheca duo Chronica Lambacensia adsunt, utrumque membranaceum in folii forma, quorum primum, inter profanæ historiæ Scriptores num. LXXXIII. positum ab anno 1177. usque ad 1278., alterum vero num. CCCCL. notatum ab anno 1126. usque ad eumdem annum 1278. historiam texit: utrique vero recentiore manu pauca assuta sunt. Posterius, quod primum magnam partem pene ad verbum descripserat, deligendum visum est. Ea sæculo XIII. exeunte, aut certe sub sæculi XIV. initium exarata fuisse characteres, aliæque notæ criticæ evincunt.

II. Quod alio loco præmonueram, ea præsertim chronica, quæ a Benedictini Instituti alumnis compilata sunt, ad Hermanni Contracti stylum ac methodum scripta fuisse, illud quoque vel in primis horum Lambacensium annalium lineis facile observatur. Posteriorum tamen annorum, ac eius præcipue sæculi, quo vixerunt, historiam hi Chronographi uberius exponunt, eosque seu in deligendis seu in exprimendis eventibus præclaro iudicio usos fuisse, nemo, qui illos legerit, diffitebitur. Cura, quam in adnotanda Abbatum Lambacensium serie adhibuerunt, manifesto argumento est, eos in dicto Cœnobio monasticam vitam professos fuisse, caussamque suppeditat, huic chronico Lambacensis nomen tribuendi.

IX.

IX.

CHRONICON LAMBACENSE.

M. c. xx. vi.

M. c. xx. vii. Heinricus dux baioarie. obiit. pro quo filius eius. Heinricus eligitur.

M. c. xx. viii. Hartwicus ratiſponenſis obiit. Chuno ſucceſſit. Helempertus abbas obiit. Wigandus ſucceſſit.

M. c. xx. viiii. Liupoldus marchio obiit. filius eius otacher ſucceſſit. (*in Stiria*)

M. c. xxx.

M. c. xxxi. Honorius papa obiit. Innocenſius ſucceſſit.

M. c. xxxii. Chuno ratiſponenſis epiſcopus obiit. et urbs ratiſpona pene tota incendio periit. nec non per totum regnum inprouiſum incendium bachatur. Heinricus ratiſponenſis epiſcopus conſtituitur. lotharius rex italiam petit.

M. c. xxxiii. Heremannus auguſtenſis epiſcopus obiit. Eclipſis ſolis facta eſt horribilis. iiii. nonas auguſti. hora quaſi nona. feria iiii. Eodem anno rex lotharius. imperator ordinatus eſt laterani.

M. c. xxxiiii.

M. c. xxxv.

M. c. xxx. vi. Illuſtris marchio orientalium Liupaldus obiit. liupaldus filius eius ſucceſſit.

M, c. xxx. vii. Lotharius imperator uictor Rotkeri tyranni. rediens de apulia moritur in itinere. Adalbertus magontinus archiepiſcopus obiit. Heinricus friſingenſis epiſcopus plures Regum. epiſcoporum. principum. nobilium. uita decedunt.

M. c. xxx. viii. Chunradus dux ſororius Heinrici imperatoris a cardinalibus miſſis ab apoſtolico. et a ſummis principibus regni. eligitur in regem. Petrus ſciſmaticus filius petri leonis diu eccleſiam impugnans moritur. Regmarus epiſcopus obiit. Reginbertus eligitur.

M. c. xxx. viiii. Synodus magna ſub Innocencio papa lateranis in xl. celebratur. ubi quingentorum et eo plus epiſcoporum et abbatum conuentus congregatur. Heinricus dux baioarie communi decreto principum regno pellitur. et liupaldus orientalis marchio dux pro eo conſtituitur.

M. c. xl. Heinricus dux bauarie exul in ſaxonia moritur.

M. c. xli. Liupaldus dux ex marchione urbem quandam in occidentali plaga obſedit. ſed hoſtiliter incurſatus et parte militum amiſſa. fuge conſuluit. negotio infecto.

M. c. xl. ii. Chunradus rex in ſaxoniam expeditionem copioſe preparari fecit. ſed interuentu quorundam epiſcoporum et principum diſtulit. in qua profectione liupaldus dux bawarie infirmatus obiit. pro quo Heinricus frater eius marchio orientalis efficitur. Perhtoldus primus Gherſtenſis abbas obiit.

M. c. xl. iii. Innocencius papa obiit. Celeſtinus ſucceſſit.

M. c. xl. iiii. Celeſtinus obiit. lucius qui et Gerhardus eligitur.

M. c. xl. v. Turbo vehemens in oriente exſtitit et ingentem ruinam edificiorum fecit.

M. c. xl. vi. Hoc anno dux bauariorum et dux bohemi-

hemiorum omnem pene regionem circa ratiſponam incendijs eccleſiarum et uillarum deuaſtauerunt. Eodem anno, idem dux Heinricus commiſſa pugna cum rege ungarorum utrimque magna ſtrages facta eſt hominum.

M. c. xl. vii. Mirabilis expeditio ex pluribus mundi partibus contra paganos canduit: ſed mirabiliter nutu dei in contrarium ceſſit. diuerſis diuerſa morte defunctis. lucius papa obiit. Eugenius eligitur. Reginbertus epiſcopus obiit. Chunradus patauienſis eligitur. Chvnradus Salzburgenſis epiſcopus obiit. pro quo Eberhardus archiepiſcopus eligitur.

M. c. xl. viii. Sinodus magna apud trecas ſub eugenio celebratur. Mortalitas pecorum maxima eſt facta.

M. c. xl. viiii. hoc anno dominus Wigandus abbas cecitate diu afflictus. ab abbatia eſt abſolutus. et dominus Bernhardus electus.

M. c. l.

M. c. li.

M. c. lii. Chunradus rex obiit. fridericus fratruelis eius eligitur nullo reſiſtente. Ratiſpona urbs et Admunt incendio flagrauerunt. Terre motus factus eſt.

M. c. liii. Wigandus abbas obiit. Eclypſis ſolis facta eſt. Eugenius papa obiit. Anaſtaſius ſucceſſit.

M. c. liiii. Anaſtaſius papa obiit. Adrianus ſucceſſit.

M. c. l. v. Fridericus ceſar rome conſecratur. Cometes uiſa eſt. Heinricus ratiſponenſis obiit. pro quo Hartwicus eligitur.

M. c. l. vi. Fridericus ceſar uxorem aliam duxit. priori auctoritate epiſcoporum repudiata.

M. c. l. vii. Diſſenſio inter papam et imperatorem oritur.

M. c. l. viii. Fridericus ceſar cum multa teutunicorum manu mediolanum ob pugnans. plurimis acceptis obſidibus. ipſam quoque in deditionem accepit. Otto friſingenſis epiſcopus obiit. adalbertus eligitur.

M. c. l. viiii. Mediolanenſes friderico ceſari rebellant.

lant. Adrianus papa defungitur. pro quo duo Rulant. ſcilicet et Octauianus eliguntur. conſecrantur. et ab inuicem mutuo excommunicati ſciſma operantur.

M. c. lx. Fridericus imperator Crema capta deſtructa, et cremata ſynodum epiſcoporum papie conuocat. ubi quis in apoſtolatu ſuſcipiatur magna diſceptatio agitur. ſed nihil certi terminatur. Arnoldus epiſcopus Magoncie occiditur. unde muri ciuitatis deponuntur.

M. c. lxi. Eclypſis lune facta eſt. ii. idus februarii media nocte. Pilgrimus patriarcha obiit. pro quo vdalricus. Heinricus dux karinthie obiit.

M. c. lx. ii. Fridericus mediolanum capiens. usque ad ſolum diruit.

M. c. lx. iii. Fridericus moguncie muros et turres deponit. Multus eciam principum conuentus apud Nurinberch ab ipſo colligitur. exin iterum in longobardiam pacifice proficiſcitur. Multa inundacio aquarum. hoc anno facta eſt. Terre motus factus eſt.

M. c. lx. iiii. Eberhardus ſalzpurgenſis archiepiſcopus moritur. pro quo Chunradus pataulenſis palliatur. et pro eo patavie Rudpertus introniſatur. Octauianus qui et uictor defungitur. pro quo Guido cremenſis inmantatur. (*ita Codex*) Hartmannus felix epiſcopus feliciter migrauit. Otachker Stirienſis marchio iheroſolimam iturus in ungaria moritur.

M. c. lx. v. Rudpertus epiſcopus obiit. Albo eligitur.

M. c. lx. vi. Ordinatio clericorum in Salzpurch. ab archiepiſcopo Chunrado. Hoc anno grando horribilis facta eſt in quadam parte celi. vii. kalendas Iulii. in qua lapides ad magnitudinem oui anſerini. et eo amplius ceciderunt.

M. c. lx. vii. Hoc anno kalendis Octobris. abbas Lambacenſis dominus Bernhardus pro rebus et defenſione eccleſie noſtre a quibuſdam profanis interficitur. et dominus Pabo pro eo eligitur.

M. c. lx. viii. Chunradus archiepiſcopus obiit. Adalber-

albertus boemi filius ab omnibus eligitur. et a patriarcha aquilegensi. Vdalrico. consecratur. Pallio ab alexandro papa recepto inuestitur. unde a friderico augusto sede et rebus priuatur. et diu exulare cogitur. Multi principum mirabiliter rome subito interierunt Rotunburgensis. fridericus dux sweuie. Iunior Welfo. episcopus colonie. Reginoldus. et alii quam plurres. Paschalis gwido scismaticus romam introducitur. cum innumera cede hominum.

M. c. lx. viiii. Fridericus imperator curiam Salzpurch celebrat. Albo ab episcopatu eicitur.

M. c. lxx. Heinricus spirensis prepositus subrogatur. Eberhardus episcopus Babenbergensis obiit.

M. c. lxx. i. Heinricus dux austrie. Steinbach castrum destruxit.

M. c. lxx. ii. Heinricus pataujensis electus sponte abdicauit ipsam sedem. pro quo Diepaldus frater ipsius a choro sub presentia augusti eligitur. et a prelatis omnibus suscipitur in episcopum a tribus episcopis. hoc est Prixinensi. Ratisponensi. frisingensi consecratur. Cometes uisa est. Heinricus dux bawarie. et duo palatini ierusalem tendunt. Heinricus dux contra regem iurat.

M. c. lxx. iii. Hiemps ualida. Circulus sanguineus circa lunam. et cruces uise sunt. Danubius mense februario naturali meatu obcluso glacie rupta exundans. in utraque sui ripa in audita strage. homines. uillas. iumenta consumit. Fridericus imperator regem boemum deposuit.

M. c. lxx. iiii. Curia imperialis Ratispone celebratur. et Heinricus prepositus de perhtersgaden. in archiepiscopum eleuatur. Imperator italiam proficiscitur.

M. c. lxx. v. Dux austrie. et marchio. et dux karinthie bellando discordant.

M. c. lxx. vi. Magna gwerra fit inter ducem austrie et bohemie. unde omnis regio trans danubium utpote

ſui iuris a boemi exercitu ualido inuaditur. exercitus ducis auſtrie pellitur eadem regio incendiis et depredationibus bifarie conſumitur. innumera multitudo captiuatur.

M. c. lxx. vii. Dominus papa alexander et imperator fridericus concilio glorioſo venetie habito pacificantur. Sciſmate ceſſante ſit laus tibi gloria chriſte. Adalbertus boemus archiepiſcopus Salzpurgenſis pro bono pacis ab apoſtolico deponitur. Chunrado mogontino ſuccedente. Heinricus dux auſtrie de equo corruit. fractoque pede infirmatus aliquantulum hominem exuit. filius eius liupoldus ducatum ſuſcepit.

M. c. lxx. viii.

M. c. lxx. viiii. Heinricus dux ſaxonie Maidburgenſem. colonienſem. Halberſtatenſem. ſibi cum maioribus terre rebellantes incendiis. et preliis diuerſis uaſtat. ubi epiſcopalis eccleſia halberſtatenſis cum clericis in ibi latitantibus inprouiſe a ſclauis crematur. epiſcopus. d. capitur. uinculatur. Pugna ab eodem. Halberſtatenſi. cum lantgrauiis et aliis imperii fautoribus committitur. et eiſdem melioribusque multis captis. uictoria potitur.

M. c. lxxx. Heinricus dux Saxonie communicato conſilio principum ab imperatore friderico ducatibus bawarie et ſaxonie priuatur. pro quo Palatinus Otto ſenior. bawarie. Bernhardus comes Saxonie preficiuntur. Styrenſis etiam marchio Odoacer mutuato antiquitatis nomine dux appellari gloriatur.

M. c. lxxxi. Ad laudem nominis dei. hoc anno in metropolitana eccleſia Salzpurge ſignis et prodigiis diuerſis claruerunt. Virgilius. Eberhardus. Hertwicus. archiepiſcopi. et apud ſanctum Petrum. ſanctus Vitalis. Patauienſis eccleſia matronalis cum tota pene ciuitate incendio familiari conſumitur. Grando horribilis et momentanea. iii. idus iunii. innumeras regiones deuaſtat.

ſtat. Alexander. papa moritur. lucius qui et Hubaldus ſubſtituitur.

M. c. lxxx. ii. Dux auſtrie. pater patrie. liupoldus nomine cum multis ſibi coniunctis. uerſus conſtantinopolim ieruſalem tendit. inundationes uarie hoc anno.

M. c. lxxx. iii. Otto dux bawarie obiit. Heinricus iunior rex anglorum obiit. Chriſtannus mogontie archiepiſcopus obiit. Chunradus Salzburgenſis qui primitus ibi fuerat ſuccedit. et dominus albertus ſalzpurgenſem eccleſiam recepit.

M. c. lxxx. iiii. Curia magna mogontie habita. ubi duo filii imperatoris rex et dux accincti ſunt gladio. Apud Erpfurt v. comites in receſſu miſerabiliter ſubmerſi ſunt. Imperator fridericus. italiam. ſexto ingreditur. et cum domino papa lucio verone habuit colloquium. Beatrix imperatrix obiit. Albertus friſingenſis epiſcopus obiit. pro quo Otto eligitur.

M. c. lxxx. v. lucius papa obiit. pro quo vrbanus. Andronicus tyrannus grecie occubuit.

M. c. lxxx. vi. filius imperatoris rex Heinricus mediolani nuptias celebrat.

M. c. lxxx. vii.

Cum ſaluatoris uenientis tranſit ab horis
Annus millenus. centenus. et octuagenus
Septimus. in fine Iulii uineis Salatine.
Et ſeruit fano hieroſolima capta pagano.

Vrbanus papa obiit. cui Gregorius qui et albertus ſucceſſit. ſed conſummatis. viii. ebdomadibus et is obiit. cui Clemens ſucceſſit. Hoc in anno flebili principio Sabladinus rex ſarracenorum terram ieroſolimitanam omnibus pene chriſtianis occiſis occupat. ſancta cruce abducta et rege captiuato. Eclypſis ſolis facta eſt in meridie et ſtelle uiſe ſunt.

M. c. lxxx. viii. facta eſt diſſenſio inter populum grecorum. Andronico occiſo. antonio ſubſtituto.

M. c. lxxx. viiii. Expeditio glorioſa. a friderico imperatore

peratore contra paganos ordinatur. Otto episcopus Babenberch sanctus declaratur. et digne apostolica concessione transfertur. Ysinricus abbas admuntensis in expeditione obiit. *(In margine eadem manu)* Expeditio secunda. a friderico imperatore bene quidem uersus hierosolimam inchoatur. sed mirabiliter ipso flumine submerso. secundo anno cassatur. omni pene exercitu et maxime principibus inaudita mortalitate extinctis.

M. c. lxxxx. fridericus imperator cum omni exercitu sancte crucis ab adrianopoli ubi hiemauerant felici transitu feria. ii. in ebdomada paschali brachium sancti Georii commeant. et uersus yconium et anthyochiam properant. ibique incommodum estatis declinant. summa et firmissima amicicia. inter imperatorem romanie ysaac nomine. et ipsum imperatorem romanum. fridericum. sapienter composita. Dux etiam austrie. leupoldus. cum multis certatim ierosolimam uersus ueneciam tendit. Rex eciam apulie Wilhelm hominem exuit. pro quo diuersi regnare certant. ut heredes regni. Imperator fridericus cum exercitu sancte crucis post innumera uiarum aspera et famis inaudite discrimina apud ycconium uiriliter contra sarracenos dimicauit. et feliciter triumphauit. et eandem ciuitatem multa strage hominum uastauit. Vnde progressus. fluuio cuidam gracia refrigerandi applicuit. et die dominico. iiii. idus iunii sapiens insipienter natando prodigialiter proh dolor finem regno. uiteque dedit. Post cuius omni seculo lamentabilem mortem exercitus exicialiter turbatur. dispergitur. et eius nutu cuius iudicia sunt abissus multa. tanta mortalitas eundem exercitum tum in principibus. tum in mediocribus deminuit. ut uix tercia pars uersus Akkaron deuenerit. Ibi eciam infinita turba peregrinancium deperiit. Diepoldus episcopus pataule obiit. Gotfridus episcopus Wirzburgensis obiit. Heinricus rex filius imperatoris. friderici. exercitum in Apuliam mouit.

quia

quia ex coniuge ſua nepte uidelicet. Willelmi idem regnum ſibi ſubeſſe debebit.

M. c. lxxxx. i. Eclypſis ſolis facta eſt. viiii. kalendas Iulii. circa horam nonam. Wolfkerus epiſcopus pataule eligitur. Clemens papa obiit. Celeſtinus qui et Iacintus ſubſtituitur. a quo Heinricus imperator. et uxor eius coronantur. Exinde apuliam collecto exercitu properant. ſed inuanum laborant. Nam exercitus dei permiſſione percellitur maxima mortalitate. uix pauciſſimis remanentibus et hjſdem pedes repatriantibus. regina tamen captiuata et ibidem confuſiue relicta. Rex eciam anglorum ualida manu armatorum. et innumera claſſe. et murorum exſtructura cum rege francie et comite flandrenſi uerſus Akkaron tendit. Hac in uia Cyprum obſedit. debellauit. ducem captiuauit. et predictam inſulam ſuo dominio ſubegit. Akkaron quoque iam tribus annis a ſarracenis occupatam. in manu forti expugnauit. et eruit. et magnam ſtragem turcorum tum decollando. tum ſubmergendo patrauit. Aſcolonam fugatis turcis occupauit. Comes flandrenſis feliciter in domino migrauit. unde rex gallie aliquos de exercitu ſuo armatos ad expugnandos ſarracenos reliquid. et ipſe cum ſuis omnibus rempublicam ordinaturus ſue gentis repatriauit.

M. c. xc. ii. Chunradus comes de Tyro dolo a turcis ſicariis uulneratus moritur. Rex anglicus deuicta Akkaron et aliis triumphi titulis elatus copioſa multitudine nauium. armorum et theſaurorum inſignitus. quia non deo ſed ſuis uiribus queque circa ſe fortunata aſſcripſit. dum tranſfretando repatriare glorioſe diſpoſuit. ab eo qui eſt mirabilis in altis dominus mirabilia circa ſe et ſuos fieri formidoloſe pertulit. Nam illa copioſa multitudo nauium. onuſta. ualida manu armatorum et uariabili ſuppellectili diuerſarum rerum. ſub breui hora periclitatur. et flamine uentorum in diuerſas inſulas et regiones diſſipatur. et idem rex qui uertice ſydera tan-

gere credebatur. in tantum humiliatus deicitur. ut ab uxore et kariſſimis ſuis ſeparatus. in modica galea non regia uia ſed cancrizando uerſus aquilegiam cum pauciſſimis eſt adpulſus. indeque nunc pedes. nunc eques. iſdem comitibus ſuis partim captis partim occiſis in metropoli auſtrie wienne dictam. lititando (*latitando*) ignarus ducitur. et ab ipſo duce regionis. leopoldo. quod dictu lamentabile eſt comprehenditur. Huic mirabili euentu. lamentabile factum ſequitur. Epiſcopus leodicenſis ſacerdos laudabilis a familiaribus imperatoris Heinrici. dum pro domo domini zelo iuſticie inflammatur. amiciciam ſimulando. fraudulenter occiditur. Dux auſtrie. leopoldus. collecto grandi exercitu dum comitem Heinricum de Ortenperch perſequitur. non ſolum inimicos. ſed et amicos. preda. rapina. incendio. tum monaſteria. tum eccleſias depopulatur. (*In margine eadem manu*) Sabladinus inimicus crucis a canibus ſuis. id eſt turcis. iuſto dei iudicio occiditur. et filius eius Normdin (*Noradin*) ſe principem hieroſolimorum poteſtatiue gloriatur.

M. c. xc. iii. Rex anglicus in captiuitatem imperatoris traditur a duce auſtrie liupoldo. Anno preſenti. viiii. kalendas iulii. uentus turbinis et grandinis urens ab aquilone hora viiii^na. ruit. et in ſatis et arboribus queque utilia pene ad plenum comminuit.

M. c. xc. iiii. Rex anglie repatriat datis obſidibus imperatori. et grandi copia argenti. Danubius in auſtria glaciali moleſtia uerſus Newenburch ebullit. et meatum ſuum longius uagando relinquens. homines cum uillis mergendo adnichilauit. Eadem quoque regio mirabili incendio in ciuitatibus et opidis et uillis et uredine in agris longius late rara annona conſumendo depauperatur. Pabo abbas noſter ſe humiliando deponit. et concors congregatio. Swarzmannum priorem ſibi in eundem gradum eligit. iii. kalendas ianuarii. Quem dominus Wolfkerus epiſcopus Pataurie in eodem choro conſecrat.

fecrat. vi. kalendas martii. ad laudem genitricis dei. amen. Inundationes tribus uicibus intolerabiles et insolite omnes pene regiones uillas et circumpositas domos demoliendo occupauerunt. Imperator Heinricus uersus apuliam properat. ubi occupatis diuersis ciuitatibus et oppidis. feliciter triumphat.

M.c.xc.v. liupoldus dux eustrie et Styrie lapso pede et confracto monachus efficitur. et in breui uita priuatur. et ducatus austrie filio suo domino friderico potestatiue cedit. ducatus uero Styrie fratri suo domino liupoldo obedit. Obsides etiam regis anglie ex predicto euentu relaxantur. et grande pondus male exacte pecunie remittitur. Imperator. Heinricus. iterum apuliam adiit. et pene sine armis triumphat feliciter. et Palermum Siciliam Galabriam. Salernum. Neapolim. et reliqua oppida circa marittima. Wilhelmi dicioni subdita occupat. et galiottam nomine margaritam potentem in mari. aliosque potentes insulanos comprehendit. et secum abduxit. et thesaurum infinitum conquisiuit. Inundationes diuerse et intemperies aeris totum pene orbem uexat. Rex grecie cecatur. filius eius occiditur. *(In margine eadem manu)* Imperialis curia apud warmze. celebratur. ubi ut credimus diuina ordinacione iterum expeditio hierosolimitana et multitudo signatorum non modica per maxime tamen principum gloriose ordinatur. Sterilitas agrorum ubique terrarum.

M.c.xc.vi. In diuersis regionibus turba signatorum dei gracia multiplicatur. Rex vngarie homo religionis et pacis moritur. Otto episcopus pabenbergensis obiit. cui Tiemo episcopus successit. Dux sueuie Chunradus. frater imperatoris. mirabiliter et miserabiliter obiit. cui frater suus philippus successit. Dominus Albertus archiepiscopus Salzpurgensis homines in halle diuino et humano iuri rebelles. fugando humiliauit. et salinas et oppidum cum domibus dissipauit. Apud Karinthiam in aliquibns finibus libnizze turme locustarum

 magni-

magnitudinem premittentes passerum. apparuerunt. et queque sata et utilia. etiam in arboribus consumpserunt. Rara annona est sterilitas magna in diuersis mundi partibus. *In margine eadem manu.* Otto lantcrauius et albertus comes de pogen obeunt. In barrochia S. Georii quidam miles signari signaculo christi ardebat. et consocios huius professionis querebat. sed ab omnibus spernebatur. contemnebatur. repellebatur. quia crudelis species lepre faciem eius perfuderat. et macularat. ille uero confusus et spretus de misericordia crucifixi plurimum confisus. crucem sibi affigi petiit. et impetrauit. Egressus uero a sanctuario. mirantibus cunctis. facie sana et pulcherrima apparuit. ut nulla macula lepre in eo uideretur. Huius rei non unus. uel duo uel tres, sed plures. immo tota testis est ecclesia.

M. c. xc. vii. In mense februario et Martio turbines uentorum et inundationes et hominum infirmitates et pestilencie efferbuerunt. Multitudo innumera signatorum uersus apuliam ibidem mare transituri conuenerunt. Inter quos episcopus Patauiensis Wolfkerus crucifixum sequi cupiens crucem sibi cum aliis multis tam clericis quam laicis affixit. et uersus hierosolimam tendit. Eodem anno abbas Suarzmannus pro rebus ecclesie disponendis in austriam tendit. et apud Gotewicum in domino feliciter obdormiuit. iiii. kalendas mai. et dominus Waesigrimus tunc temporis prior in abbatem eligitur. kalendis mai. *In margine eadem manu.* Archiepiscopus Mogantinus. Chunradus maxima pars expeditionis dei gracia cum suis commilitonibus mare transiturus tendit. quem dux austrie fridericus cum aliis pluribus sequitur. Heinricus imperator in apulia obiit.

M. c. xc. viii. Fridericus dux austrie hierosolimis moritur. et uterque ducatus scilicet austrie et Styrie fratri suo liupoldo cedit. quem rex ungarie filius Bele incendiis. rapinis impetit. propter fratrem suum. quem sibi associauit. qui fratrem suum regem scilicet ungarie regno

gno

gno priuare conatus eſt. Chriſtiani uero qui hieroſolimis morabantur. dei nutu. caſtella et oppida. aliqua occupabant. inter que urbem famoſiſſimam Baruth maritimam ceperunt. et ſuo eam dominio ſubdiderunt. Deinde pace inter ſarracenos et chriſtianos ad vii. annos ſtabilita. multi repatriauerunt. Eodem anno regnum Romanorum heu uiduatum et deſtitutum morte Heinrici imperatoris eſt. Poſt cuius lamentabilem obitum. quod longe ante predictum eſt. impletum eſt. quia ſurrexit gens contra gentem. et regnum aduerſus regnum. exercentes odia. incendia. predam rapinas. et regnum in ſe ipſo diuiſum deſolatum eſt. Nam a pleriſque regni principibus Philippus frater Heinrici imperatoris in regem eligitur. ab aliis Otto ſaxo. filius Heinrici ducis Saxonie eligitur. qui uterque mutuis ſe bellis petunt. et cum exterminio utriuſque diſceſſum eſt. *In margine eadem manu.* Celeſtinus papa obiit. Innocencius ſucceſſit. Phylippus rex ducem Boemie conſilio principum coronauit. Curiam apud Nurenberc celebrauit.

M. c. xc. viiii.

M. cc. Leupoldus dux auſtrie et ſtirie apud wiennam ſanctam pentecoſten. copioſo apparatu celebrans inuitatis quam plurimis diuerſarum prouinciarum principibus gladio eſt accinctus.

M. cc. i. Terre motus factus eſt. iiii. Nonas mai. circa horam nonam.

M. cc. ii. Apud Babenberc. Sancta Chunegundis a. xiii. epiſcopis tranſlata miraculis eſt glorificata.

M. cc. iii. liupoldus dux auſtrie et Styrie uxorem de Grecia duxit, rege philippo preſente cum multis principibus.

M. cc. iiii. Wolfkerus epiſcopus patauienſis in patriarcham aquilegienſem eligitur. et Poppo prepoſitus Aquilegienſis epiſcopus Patauie efficitur. Perhtoldus dux Meranie obiit.

M. cc. v.

M. cc. vi.

M. cc. vii. Philippus rex Coloniam obſedit. plures in circuitu ciuitates eſt caſtella occupauit. urbem etiam opinatiſſimam nomine Nuſſiam cepit. acceſſus nauium alimonias portantium in Reno inhibuit. aditus uehiculorum per terram intercluſit. Tandem epiſcopo ciuitatis in captiuitatem redacto. ab obſidione receſſit. regem boemie ſibi cum manu ualida inſidiantem. in fugam conuertit. et ceciderunt uulnerati multi. alii in captiuitatem ſunt ducti.

M. cc. viii. Dux liupoldus aliique quam plures crucis karactere ſe ſignauerunt. Otto palatinus de witlineſbach. et marchio hyſtrie philippum regem in munitione conſtitutum. pacem ſimulantes. dolo occiderunt. cui Otto dux ſaxonie ſuccedit in regnum. Heinricus marſcalcus de chalantin. ottonem palatinum de witlineſbach nefande memorie uirum ob uindictam Regis Phylippi domini ſui occidit.

M. cc. viiii. Waeſigrimus abbas pie memorie obiit. Alramus ſuccedit. iii. kalendas octobris. Otto rex romam ueniens conſecratur. Poſt hec paucis interiectis diebus. inimicus humani generis. eiuſque ſalutis. zizania ſuper triticum bone auctoritatis ſeminauit. fermentumque malicie et nequicie fraude ſue peruerſitatis commiſcuit. quod adeo inueteratum eſt dilatatum. ut inter papam Innocentium et imperatorem in eſtimabiles orirentur inimicicie unde bella et ſeditiones mouebantur. Nam imperatorem et omnes partibus illius fauentes excommunicauit. Sic per biennium in latio commoratus. caſtella et oppida. ciuitateſque ſibi reſiſtentes. ſuo ſubiugauit dominio. in quantum licuit. Inde in teutoniam reuerſus. regnum reperit diſſipatum. principes regni ualde diſcordantes. Ex quibus lantgrauius duringie publice ei reſtitit. quem etiam bello expetiit. Ex hinc

uni-

uniuerſi fere principes regni aliquando publice. aliquando priuatim ſe ſubtrahentes. alienati ſunt ab eo.

M. cc. x. Eo tempore nefandiſſima fex catarie. que ſub ueſte ouina diu inter chriſtianorum latuit conuenticula. emerſit. emerſa in tantum radicata conualuit ut publice chriſtianum impugnaret nomen. omneſque quibus preualuiſſet perſequeretur. occideret. uiamque peregrinantium inſidiis occuparet. Quorum uirtus in Toluſa ciuitate congregata. diabolica toto niſu exercebat facinora. Ad quorum expugnandas uerſutias. multi chriſtianorum arma accipientes. uiriliter illis reſtiterunt.

M. cc. xi. Infinita multitudo ſarracenorum illis diebus nauigio terras arragonie. hyſpanie. nauarrie aliarumque maritimarum regionum petentes. oppida. caſtella. munitiones deſtruentes. non paruam chriſtianorum ſtragem fecerunt. Quorum rex in multitudine armorum confiſus. et alter antiochus eſtimans ſe ſydera uertice tangere. totumque ſuo ſubiugare mundum imperio. literas ſuperbie afflatas tonitruo. chriſtianis direxit principibus. in hunc modum Ex memiramoni filius miramen. omnibus regibus et principibus chriſtianorum. et maxime regi arragonum. et comiti de baruh. iram et indignationem. Gracias agimus omnipotenti deo noſtro pro omnibus beneficiis que nobis dignatus eſt largiri. et maxime pro illo beneficio quod contulit nobis in terra hieroſolimitana. quia gens noſtra et gladii noſtri purgauerunt ab immundiciis chriſtianorum. et nunc iterato pro uictoria quam contulit nobis in expugnatione caſtri quod dicitur Salua terra. in quo ſuperbia ueſtra plurimum confidebat. et de quo ſuperbia ueſtra multa damna ſarracenis inferebat. vnde animaduertere poteſtis. quod lex ſarracenica melior eſt quam ueſtra. vnde precipimus. conſulimus. et hortamur. ſi diligitis terras ueſtras. liberos ueſtros et uxores. quatenus ſubiciatis uos imperio noſtro. et tranſeatis ad legem noſtram. Quod ſi facere obſtinaciter recuſatis.

con-

congregate omnes qui ſignum crucis adorant. et nobis occurrite ad conflictum. et ibi experiemini enſes noſtros.

Tibi autem rex Arragonum dicimus. quam conſilio tuo. et ſugeſtione tua multa damna illata ſunt ſarracenis. et dicebas aliis. quod id faceres ex conſilio domini Rome. Quod ſi diligenter attenderis. in perniciem chriſtianorum non in ſalutem dominus Rome fecit. Nos tandem non ceſſabimus debellando terras ueſtras ire uſque Romam. et trademus dominum Rome contumeliis et miſeriis. Data apud Iſpaldem. viii. Idus octobris.

M. cc. xii. Otto imperator obiit. et fridericus rex apulie filius Heinrici imperatoris pro eo eligitur. Eodem anno regina vngarie filia ducis meranie ab ungaris occiditur.

M. cc. xiii. Alramus abbas obiit cui unanimi conſu fratrum Otto ſucceſſit.

M. cc. xiiii.

M. cc. xv.

M. co. xvi. Fridericus rex apulie romam ueniens imperiali benedictione conſecratur. Et inde apuliam rediens omnes ſibi reſiſtentes et paganos occidit in ore gladii.

M. cc. xvii. Innocentius papa obiit. cui Honorius ſucceſſit.

M. cc. xviii. Honorius obiit. cui Gregorius ſucceſſit.

M. cc. xviiii. Imperator fridericus crucis karactere ſe aliique plures ſecum ſignauerunt. *In margine eadem manu.* Hoc anno in auditus hactenus in partibus noſtris caſus accidit. v. kalendas auguſti. prodiente aurora diei. ſubito fulgura apparuerunt. tonitrua horribilia audita. Et ecce repente. uentus ualidus irruit. et omnia edificia loci noſtri ſubuertit. tantoque terrore omnes perculit. ut nihil iam niſi finem ſeculi inſtare crederent.

M.

M.cc.xx. Hoc anno imperator fridericus excommunicatur a papa Gregorio. pro iureiurando quod constrinxerat se iturum uersus iherosolimam et non fecit. quia infirmitate et aliis multis causis impeditus.

M.cc.xxi. Expeditio gloriosa a friderico imperatore contra paganos ordinatur et feliciter mare transuadato regnum iherosolimitanum et terram sanctam a Soldano recepit. Tandem pace per. x. annos cum sarracenis firmata ipse feliciter repatriauit. et obtentu principum et maxime ducis leupoldi de austria et styria ab excommunicatione domini pape absoluitur. Eo tempore leupoldus dux austrie et styrie obiit. cui filius suus fridericus successit.

M.cc.xxxi. Hoc anno magna gwerra fit inter regem boemie et ducem austrie. unde omnis regio trans danubium inuaditur et incendiis et depredationibus bifarie consumitur. uidelicet a rege boemiorum et ministerialium ducis. Heinrici canis de Chunringe et aliorum amicorum suorum. Ipse Heinricus qui dicitur canis ciuitatem chremse incendio consumpsit. et omnia que ibi erant abstulit et in castellum suum tiernstain portauit. Vnde dux fridericus ira commotus castella et ciuitates Heinrici et amicorum suorum destruxit. et quos cepit suspendio interemit. Tunc Heinricus canis pacem petiit a duce. friderico. et filios suos et fratris sui et omnium amicorum suorum obsides dedit. ea uidelicet conditione ut omnia que abstulerant redderent et sic pacificata sunt omnia. inter ducem et ministeriales suos. Eodem anno ludwicus dux bawarie apud Chelheimen cultellis transfixus. miserabiliter interiit. cui filius suus Otto successit.

M.cc.xxx.iii. Gebehardus pataniensis episcopus secundum decretum domini pape a sede sua destituitur. et episcopus Růdgerus loco illius subrogatus est. Hoc etiam anno. Otto dux bawarie terram nostram cum magno exercitu intrauit. et magnam partem eiusdem

rapinis et incendiis consumpsit. Et ueniens ad ciuitatem Wels. lambacensem locum. et omnia adiacencia rapina et incendio totaliter uastauit. et sic ad terram suam rediit. Post hec paruo, interuallo. fridericus dux austrie. agregato maximo exercitu ad. xl. milia homiminum. terram boemie intrare proposuit. et castrum quod dicitur Vetowe. obtinuit. et omnia in confinio eodem rapinis et incendiis deleuit. moxque infirmitate preuentus. propositum iterum exequi non ualuit. Deinde sanitati redditus. rex vngarie fines suos inuadere proposuit. Cui ipsi manu ualida resistens. quosdam nobiliores de suis captiuauit. sicque pace inter eos composita. uterque ad terram suam reuertitur.

M. cc. xxx°. iiii°. Hoc anno. resoluta glacie danubii. ipse danubius meatus suos longe lateque diffudit. et tantam inundationem exercuit. ut omnes uicos et uillas adiacentes destruxerit. Omnis etiam annona et pecorum infinitus numerus interiit. et quod hiis omnibus miserabilius est. infinita hominum multitudo periit. Quam uastationem ualida fames subsecuta est.

M. cc. xxx. v. fridericus imperator terras teutonicas intrauit. et filium suum regem Heinricnm sibi resistentem captiuauit. eumque in apuliam relegauit. vbi ex hoc seculo migrauit. Ipse uero postmodum contra longobardos copiosum exercitum ordinauit.

M. cc. xxx. vi. Elysabet de tumulo eleuatur. vbi aderat imperator cum aliis multis principibus.

M. cc. xxx. vii. Imperator natale domini apud Græse celebrauit. et in wienna hiemauit. Sed eo Austriam egrediente. reliquit ibidem ad impugnandum ducem episcopum Babinbergensem. qui eodem anno in pace quieuit. Quo facto imperator alium exercitum uidelicet comitem de Eberstein et comitem de Henneberch cum aliis duobus comitibus. et ministeriales de Styria ad debellandum predictum ducem in austriam destinauit. Quibus dux uiriliter resistens. quosdam captiuans.

quos-

quosdam vero occidens. quosdam etiam muneribus et minis alliciens. terram suam rapinis et incendiis ecclesiis destructis et exustis penitus desolatam. iii°. anno plurima grauamina perpessus plenarie est adeptus.

M. cc. xxx. viii.

M. cc. xxx. viiii. Eclypsis solis facta est. iii. nonas iunii. circa horam nonam. Eodem die sepius afflicta. capitur ierosolima victa. Et turrem dauit pagana superbia strauit. N̄. pagana parum ruit et pars christicolarum.

M. cc. xl.

M. cc. xli. Tenebre facte sunt per uniuersam terram. et stelle apparuerunt. pridie nonas Octobris. circa horam nonam. Otto abbas obiit. Wernherus successit. Eodem eciam anno comani et tartari vngariam cum innumerabili multitudine inuadunt. et primo impetu rege fugato. exercitum eius. lxxx. milia persequentes occiderunt. Deinde ulterius procedentes christianorum sanguinem sitiendo infantes in cunis transfigunt. mulieres iugulant. sacerdotes cum grege christi dispergunt. iuuenes et uirgines senes cum iunioribus hev dilaniant miserabiliter. Postremum vero monasteriis et ecclesiis destructis cunctisque incolis terre illius cum multis milibus milium christianorum interemptis. ad terram suam vnde exierant reuertuntur.

M. cc. xlv. fridericus dux austrie imperiali presentie se verone presentauit. vbi ab friderico Imperatore honorifice susceptus. et multis donariis honoratus ad propria repedauit. fridericus imperator a papa innocentio excommunicatur.

M. cc. xlvi. fridericus dux austrie regem boemie in bello deuicit. in quo duce karinthie cum aliis multis nobilibus captiuatis ad propria uictor reuertitur gloriosus. Eodem etiam anno cum tribus regibus. cum rege vngarie et rege Gomanorum et rege ruscie. certamen iniit. vbi innumerabili multitudine ex parte regis vngarie

 occi-

occisa et submersa. ipse fridericus hac obtenta uictoria in bello mirabiliter occisus occubuit.

M. cc. xl. vii. Eberhardus arciepiscopus Salzpurgensis obiit. Cui philippus filius ducis karinthie successit.

M. cc. xl. viii. fridericus imperator obiit. Rudegerus episcopus Patauiensis per inobedientiam a papa Innocentio excommunicatur. et ab episcopatu eicitur. post quem perhtoldus frater episcopi Ratisponensis eligitur.

M. cc. li. Margareta soror ducis friderici quondam sueuie regina Othacharo regi Boemie copulatur. et per hoc ipse princeps austrie et Styrie nominatur. propter quod rex vngarie austriam rapinis et incendiis deuastauit. et post destructionem multarum ecclesiarum et interfectionem multorum milium hominum ad propria reuertitur.

M. cc. lii. Rex vngarie cum comanis morauiam intrauit. et eam ferro et igne deuastauit.

M. cc. l. iii. Rex boemie obiit. cui filius suus otacharus successit. Otto dux bawarie subitanea morte interiit.

M. cc. l. iiii. Perhtoldus episcopus patauiensis obiit cui otto de lonstorf successit. Cunradus rex obiit. Innocentius papa cum exercitu apuliam intrauit. vbi ex hoc seculo migrauit. Cui Allexander successit.

M. cc. l. v. Otacharus rex boemorum et dux austrie terram brutenorum manu ualida intrauit. et eam fidei christiane subiciens ad propia repedauit. Bernardus dux karinthie obiit.

M. cc. l. vi. Ludwicus Palatinus reni uxorem suam propter infamiam adulterii occidit. Wilhelmus rex occisus est. Otacharus rex boemie et dux austrie ferro et igne bawariam deuastauit.

M. cc. l. vii. Mirabilis inundatio pluuie apud ciuitatem prunne in morauia subito erupit. et ad. vi. miliaria. terram et arbores cum edificiis totaliter subuertit. et quod miserabilius est multa milia hominum interierunt. Otacharus rex Boemie et dux austrie bawariam

cum

cum exercitu minus expedito intrauit. cui heinricus dux cum fratre ſuo lwdwico palatino Reni uiriliter obuians. ipſum de finibus ſuis fugauit. et ſic predictus rex, quibuſdam ſuis occiſis, apud Muldorf, quibuſdam ſubmerſis. quibuſdam incendio concrematis. ad propria minus honeſte reuertitur. Philippus arciepiſcopus Salzpurgenſis ſecundum decretum domini pape Alexandri deponitur. et vlricus epiſcopus Secuenſis (*Seccovienſis*) pro eo eligitur.

M. cc. l. viii. Electio vlrici arciepiſcopi Salzpurgenſis Rome confirmatur. et etiam ibidem in Arciepiſcopum conſecratur. et propter hoc eccleſia Salzpurgenſis. vbique locorum per dominum Philippum et fautores ſuos multipliciter rapinis et incendiis deuaſtatur.

M. cc. l. viiii. Tartari Gracovienſem prouinciam deuaſtauerunt. Stephanus rex vngarie karinthiam ferro et igne inuaſit. Eſtas calida et ſicca.

M. cc. lx. Duo Reges Boemorum Otakarus et vngarorum collectis armatorum legionibus circa fines auſtrie examinare conueniunt uires ſuas. Rex uero Boemorum quia fidei nec non et chriſtiani populi tulit uexillum, ferro proſtratis quibuſdam Auſtrie nobilioribus, Comitibus de Hardekke et deuicto rege vngarie cum ſuis et fugato, nobili pompa uictorie redimitur. Sic obtenta pro qua plurimum dimicauerat terra Styrie, trewgisque ſecundum uelle ſuum et honorem inter eos compoſitis, ſuis prouinciis gloriam retulit triumphalem.

M. cc. lxi. Mirabilis hoc anno penuria exorta eſt. quia homines aſperitatem hyemis et frigoris non uerentes nudo corpore et uelata facie cantando incedebant. et ſe ipſos flagellis ſatis atrociter percutiebant. Alexander papa obiit. cui Vrbanus ſucceſſit. Otakarus rex Boemorum uxorem ſuam margaretam a ſe ſeparauit. et pro ea ſibi filiam regis Ruſcie copulauit. quam etiam in reginam ſecum breui poſt tempore coronauit.

M. cc. lx. ii. Tercia nocte post Epiphaniam audita sunt tonitrua circa secundam noctis.

M.. cc. lx. iii. Fames facta est in austria.

M. cc. lx. iiii. Turbo uehemens ab occidente irruit. et ingentem ruinam edificiorum et etiam arborum fecit. Iuuenis rex vngarie Bela nomine duxit filiam Margrauii de Brandenburch sororiam Regis Boemie. Cometes uisa est. Wernherus abbas obiit. cui heinricus successit. Gundacharus de Storchenberch subitanea morte obiit. Vrbanus papa obiit. cui Clemens successit.

M. cc. lx. v. Otto patauiensis episcopus obiit. cui Petrus successit. Vlricus arciepiscopus Salzpurgensis quia impotens fuit ad regendam dei ecclesiam et defendendam. eandem resignat uoluntarie dignitatem. cui ludwicus polonus succedit.

M. cc. lx. vi. Otacharus rex boemie cum maximo exercitu bawariam intrauit. et eam ferro et igne usque ad ciuitatem Ratisponam deuastauit. et quibusdam munitionibus expugnatis et exustis. ad propria uictor gloriosus regreditur.

M. cc. lx. vii. Terremotus factus est. iii. kalendas Mai circa horam diei terciam. Item terre motus factus est. iii. kalendas Nouembris. circa mediam noctem.

M. cc. lx. viiii. Clemens papa obiit.

M. cc. lxx. ludwicus arciepiscopus Salzpurgensis obiit. cui fridericus tumprepositus successit.

M. cc. lxxi. Otachrus rex boemie. et dux austrie vngariam cum magno exercitu intrans munitiones in ea plures obtinuit. inter quas firmissimam preſburch dictam violenter expugnans suo eam dominio subiugauit. Sed Stephanus rex vngarie fraudulenter cum eo treugas faciens nuncios honestos ipsius regis captiuauit. pro quorum solutione municiones amissas rehabuit. Interea Heinricus dux Bawarie missis mille armatis partem superioris austrie a pruke usque wels incendiis et rapinis quasi in auxilium regis vngarie deuastauit.

M.

M. cc. lxx. ii. Stephanus rex vngarie obiit. et sororius ſuus de mathſa. volens ſibi regnum indebite uſurpare ab ungaris occiſus miſerabiliter occubuit.

M. cc°. lxx°. iii°. Rex boemorum Otachrus collecta inmenſa multitudine armatorum vngariam intrauit uolens mortem conſobrini ſui domini de mathſa vindicare. et raros uel nullos habens reſiſtentes munitiones terre. viiii. obtimas obtinuit. aliasque debiliores funditus. deſtruens, ſtragem non modicam hominum fecit. Item Rudolfus comes de Hauptspurch in regem romanorum. eligitur et coronatur.

M. cc. lxx. v. Gregorius papa. concilium generale celebrauit in lugduno. aliquod fere tocius ecclesie rectores. videlicet primates patriarche arciepiſcopi epiſcopi abbates priores diuerſorum ordinum conueniunt. In quo greci ad unitatem ecclesie reuertuntur. et duo principes tartarorum baptizati ſunt. et a tota ecclesia decime omnium poſſeſſionum. in ſubſidium terre ſancte. per vi. annos. ſub pena anathematis exiguntur.

M. cc. lxx. vi. Rex Romanorum Rudolfus Auſtriam cum ualida manu intrans ipſam a dominatu regis Boemorum eripiens, obſideſque miniſterialium eiuſdem terre. ſimul et Styrie a dicto rege liberauit. eaſdemque terras cum karinthia Carniola et Egra. quas idem rex boemie. per. xxv. annos iniuſte poſſederat. abſque omni ſanguinis effuſione ab eius poteſtate eripuit. et ſuo dominio ſubiugauit. Eodem anno dux bawarie Heinricus cum exercitu in ſubſidium regi Romanorum ueniens, municiones ſuperioris auſtrie. videlicet wels lincz Steir optinuit ſeque regi romanorum obponens, cum rege boemie aduerſus eum conſpirauit.

M. cc. lxx. viii. Rex boemie Otakarus freneſi ſuperbie inflammatus ſpiritu ipſum diabolico inſtigante iusiurandum quod preſentibus multis optimatibus et nobilibus alamannie regi iurauerat Romanorum poſtpoſitis verecundie titulis infregit proh dolor manifeſte habens

ſecum

ſecum in oppoſitionis et fidefragii incentiuo Heinricum ducem bawarie complicem, qui ardore ſitis argentee interius eſtuabat. Idem namque Dux fidei ſue iuramenta in quibus publice ſe regi conſtrinxerat Romanorum huius conſpiracionis duricia violauit argenti copiam et alia multa donaria in ſtipendiis a Rege bohemie prenotato accipiens deſtruccionem et inſidias prefato Regi Romanorum. omni poſſibilitate ſuarum uirium machinatur. Tandem per argenti plurimi miſſionem renenſibus et ſweuis aliquibus infidelibus et auaris, ab auxilio romanorum regis retractis. predictus boemie rex auſtriam intrauit cum armatorum multitudine copioſa. ciuitates aliquas et caſtra hoſtiliter expugnando. Cui Romanorum rex Rudolfus ſperans de miſericordia et auxilio ſummi regis uiriliter obuiauit, habens in auxilio regem vngarie regemque Comanorum, inſuper nobiles auſtrie et Styrie vniuerſos partemque modicam ſueuorum. Congreſſus itaque duriſſimi certaminis committitur inter ipſos. Rex boemie cum ſuis uincitur et occiditur in momento exercitus eius pro magna parte interficitur. aliqua pars ſubmergitur plurimi captiuantur. romanus rex hac potitus uictoria ſollemniter redimitur.

In margine eadem manu:

Tot chriſti nati fuerant anni numerati
Mille ducenteni decies ſex ter quoque ſeni
Cum rex otakarus uitam finiuit auarus
Atque boemorum quam plurima turba ſuorum.

M. cc. lxxx. Petrus epiſcopus patauienſis obiit. Cui Wichardus de Pertholdſdorf ſucceſſit.

M.cc.lxxx.iii. Wichardus patauienſis epiſcopus obiit. cui Gotfridus prothonotarius Regis Romanorum ſucceſſit.

M. ccc. xxx°. iiii. et v. idus kalend. februarii factus eſt terre motus hora nona.

M. ccc. xl. viii°. viii. kalendas februarii factus eſt terre motus magnus hora ueſpertina.

X.

X.

IN
CHRONICON OSTERHOVIENSE
OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I.

Osterhovium olim celebre Asceterium fuit Canonicorum Regularium Præmonstratensis Instituti in Bavaria inferiore, non longe a dextra Danubii ripa inter Deckendorf & Vilshoven urbes situm. Huic ab anno Christi 1288. teste nostro Chronico Vlricus I. cum Præpositi dignitate præfuit, cuius tempore hic liber scriptus est. Illius ætatem, veteresque dominos bina inscriptio demonstrat, quae eadem & in primo et in ultimo folio legitur: *Iste liber est Sancte Margarethe scriptus sub Domno Vlrico Abbate huius loci.* In eius fronte templi, a fundatoribus, ut tum consuetudo erat, sustentati figura, et Patronorum eiusdem Cœnobii ad latus adstantium imagines rudi penicillo depictæ sunt. Codex membranaceus in folii, ut vocant, forma nitido calamo exaratus, 225. foliorum, notissimum *Godefridi Viterbiensis Presbyteri Pantheon, seu historiam universalem,* ab origine mundi repetitam, et in Urbani III. Papæ, Friderici I. Imperatoris, & Heinrici III. eius filii tempora desinentem continet, quæ in XIX. partes tributa est. Godefridi Chronicon in principe editione Basilii Ioannis Herold Basileæ anno 1559. in fol. & in Pistorii S. R. G. T. II. reperitur. Inter partes XVII. et XVIII. immissum est Chronicon Osterhoviense, tamquam Viterbiensis continuatio, ab A. C. 1297. initium sumens, & prima manu usque in annum 1312., deinde e diversis usque ad annum 1365. perductum.

Huic in eodem codice partes XVIII. & XIX. Panthei Godefridi ſubiunctæ ſunt: tum catalogi Romanorum Pontificum & Imperatorum aliique ſequuntur. Sed præter hos catalogi Archiepiſcoporum Salisburgenſium, Epiſcoporum Patavienſium & Babenbergenſium, Præpoſitorum & Abbatum Oſterhovenſium & Ducum Bavariæ adiecti ſunt, quos una in lucem proferre ſuperfluum eſſe iudicavi. Egregius iſte codex in Bibliotheca Auguſta Vindobonenſi inter profanæ hiſtoriæ Scriptores numero XCV. locum obtinet.

II. Inter medii ævi Chronica hoc Oſterhovienſe ſingularem commendationem meretur. Neque enim illius ſtylus macer et exſuccus eſt, qualem in ſynchronis plerumque deprehendimus, ſed multo uberior ac cultior, quam illa ætate uſuvenire conſueverit, minutisque eventibus prætermiſſis, gravioris momenti facta præclaro delectu adhibito conſectatur: tum vero in notanda annorum, quibus res quæque geſtæ ſunt, ſerie ceteris eſt exactior, &, ſi quid recte iudico, multiplex rerum cognitio, ac non obſcura iudicii probe ſubacti veſtigia in eodem frequenter occurrunt. Atque hos quidem Oſterhovienſes Chronographos iure inter patrios Scriptores noſtros refero, cum res Auſtriacas pari, ne dicam maiore cura, quam Boicas tractandas recenſendasque ſibi ſumſerint. Quod ſi cui mirum videatur, is meminerit, non ſolum ſub eadem pene ætate Leopoldum Largum, et Heinricum Iaſomirgott Babenbergicos, ambos Auſtriæ Marchiones, Bavariæ quoque Duces fuiſſe, ſed etiam Leopoldum, a rerum geſtarum celebritate Glorioſum dictum, ceterosque ex eadem gente Auſtriæ Duces multiplici beneficiorum genere Oſterhovienſe Collegium ſibi obnoxium habuiſſe; quod prolata in Hundii ac Gewoldi Metropoli Salisburgenſi, & in Monumentis Boicis diplomatica documenta abunde teſtantur; ut alias rationes prætercam, quæ in proximo volumine a me edendo clarius effulgebunt.

X.

CHRONICON OSTERHOVIENSE.

Huc usque Gôtfridus viterbiensis cronicam suam deduxit.

Anno domini M°. c. lxxxxvij. mortuo imperatore hainrico vi°. qui sub Celestino iii°. et Innocencio iij°. imperauit ann. vij. mensibus. iiij. phylippus frater eius dux Sueuie. et Otto filius hainrici aliquando ducis wawarie Saxonieque pro regno contendunt. presidente Romane ecclesie Innocencio iij°. Phylippo primum preualente. Qui ante regni introitum promiserat ducere matrimonialiter filiam Ottonis palatini Comitis. de Witlenspach quam postmodum repudiauit. vnde idem comes in Wagenberch ad cameram regis accessit eidem pacifice locuturus. subito ipsum regem interfecit. Innocencius uero papa predictus Ottoni duci saxonie fideliter adhesit. et ipsum aquisgrani in regem alamannie coronari fecit. quem breui post tempore. hoc est M°. cc°. ix. in basilica sancti petri in imperatorem consecrauit. sed non fuerunt sibi propter maleficium suum anni attributi. quia accepta corona statim pugnam habuit cum romanis. et contra uoluntatem domini pape intrauit regnum apulie. auferens illud friderico regi sicilie. vnde papa illum excommunicauit. Quarto autem anno

inperii ſui. mandante domino Innocencio papa predicto. Otto inperator a multiſ epiſcopis alamannie excommunicatuſ a papa denunciatur. et ſubſequenter M°. cc°. xii°. in feſto ſancti Nycolai. Fridricuſ rex ſycilie a principibus regni franchenfürt in regem eligitur. qui ueniens nauigio uſque romam a domino papa et populo romano honorifice eſt receptuſ. et ueniens in alemanniam contra Ottonem ibi mirifice triumphauit.

Incidencia ab annis hainrici ſexti uſque ad fridricum imperatorem huius nominis ſecundum.

Circa hec tempora ſcilicet anno M°. c°. xc. i. fridricuſ dux Sueuie cum aliis principibus et epiſcopiſ in expedicione obierunt. tranſmarina.

Eclypſis ſolis accidit. et totuſ aer factus eſt purpureus.

M°. c°. xc°. iii. Wawari inter ſe diſſidentes omnem regionem incendio deuaſtant. ubi Albertus comes de pogen. Ludwicum ducem fugauit. auxilio bohemorum.

M°. c°. xc°. v. Leupoldus dux Auſtrie et Stirie obiit lapſus de equo. tybia fracta. cui fridricuſ filius eius ſuccedit in auſtria. et Leupolduſ in ſtiria. Mortuo autem in tranſmarinis partibus friderico. Leupolduſ poſſedit utrumque ducatum. homo pacificus et uirtuoſus. cuiuſ tempore Monaſteria clerus et populus in ſuis prouinciis maxima pace gaudebant ut merito pacificus et pater cleri uocaretur.

M°. c°. xc°. vj°. Otto. ii. epiſcopus Wabenbergenſis obiit cui Tiemo ſuccedit.

M°. c°. xc°. vj°. Hainricuſ imperator vi[us] obiit in apulia. cui phylippus rex ſuccedit. frater eiuſdem imperatoris dux Sweuie. qui anno m°. cc°. viii°. occiditur. et Otto filius ducis bawarie incipit regnare.

M°. c°. lxxxx. viij. Albertus Salczpurgenſis epiſcopus de ordine premonſtratenſium frater regis bohemie a miniſterialibus ſuis capitur et in caſtro Weruen per dies. xiiii. captus tenetur. Quo dimiſſo. cantatum eſt. liberaſti

rasti nos ex affligentibus. Eodem anno Albertus comes de pogen obiit. relinquens tres filios. Leupoldum. Perhtoldum. et Albertum.

M°. c°. xc°. ix°. Celestinus. iii. papa obiit. Innocencius. iii. sedit. Wolfkerus patauiensis episcopus cum duobus comitibus de Ortenberch. Rapotone. et hainrico. qui ecclesiam patauiensem deuastauerant. contendens. mirabiliter castellis eorum uastatis. contriuit eos multis ibidem pereuntibus. Idem episcopus cepit edificare castrum in Obernperig. Corpus domini in augusta ciuitate. uersum est in cruentam carnem. Eodem tempore regit ecclesiam Osterhouensem dominus Waltherus prepositus.

M°. cc°. Albertus Salczpurgensis episcopus obiit. cui Eberhardus Brixinensis episcopus succedit.

M°. cc°. i°. Terremotus multis terrarum locis factus est magnus. ut urbes et Ecclesias destrueret.

M°. cc°. ij°. Chunigundis uirgo et regina. uxor imperatoris hainrici pii. babenberch sepulta. multis fulgens miraculis. ab Innocencio iii. papa canonizata est. multis conuenientibus episcopis. et archiepiscopis. inter quos eciam affuit dominus eberhardus Salczpurgensis archiepiscopus. ab eis est translata. Eodem anno Tiemo babenbergensis episcopus obiit. Chunradus eligitur. et eodem anno obiit. cui Ekbertus episcopus succedit.

M°. cc°. iii°. discordia facta est inter ducem Ludwicum babarie. et episcopum chunradum Ratisponensem. ex qua facta sunt incendia plurima per uniuersam bawariam. ita ut nec ab altaribus abstinerent. et reliquia sanctornm inde auferrent.

M°. cc°. iiii°. Wolfkerus patauiensis episcopus patriarcha aquilegensis efficitur. pro quo poppo prepositus aquilegensis constituitur. Eodem tempore perhtoldus dux Meranie obiit. Ludwicus dux bawarie castrum et oppidum in Landshut construere cepit.

M°. cc°. vi°. popo pataujenſis epiſcopus obiit. Manegoldus abbas de Tegernſe ſuccedit. Ordo minorum fratrum inchoatur a ſancto franciſco.

M°. cc°. ix°. Eclypſis lune facta eſt. Otto palatinuſ comes occiditur. pro homicidio conmiſſo in Phylippum. et Otto filius ducis hainrici de praunſwech in regem eligitur. et ab Innocencio papa conſecratur. et anno M°. cc°. x°. ab eodem papa excommunicatur. et M°. cc°. xi. ab epiſcopis Alemannie excommunicatus a papa denunciatur.

M°. cc°. xii. in feſto ſancti Nycolai. Fridricus rex ſycilie in franchenfûrt. in regem Romanorum eligitur. Manegoldus pataujenſis epiſcopus et Rapoto palatinus ſimul diſcordantes. clauſtra. monaſteria. Eccleſias. una cum omni prouincia incendio deuaſtant.

M°. cc°. xiii. Fridericuſ ii. rex conſecratus aput Mogonciam. in purificacione. (*omiſſum probabiliter* Curiam) quam Ratiſpone celebrauit. et aliam in paſſione domini aput Conſtanciam. Terciam Merſpurch habuit. Eodem anno Gerdrudis regina vngarorum mater ſancte elyzabeth. ſponſo expedicionem contra Rutenos mouente. a comite quodam a petro (*ita codex*) trucidatur. qui et ipſe ſubſequenti nocte in ulcionem ſceleris cum aliis iugulatur. Cui epiſcopus de Gran miſit in epiſtola amphiboloica. Reginam occidere nolite timere bonum eſt, ſi omnes conſenſerint, ego non contradico.

M°. cc°. xv°. uniuerſalis ſynodus celebrata eſt Rome in laterano. a domino Innocencio papa iii°. in qua fuerunt epiſcopi quadringenti. xij.^cim^ inter quos extiterunt Conſtantinopolitanus. Ieroſolimitanus Patriarche. Primates autem et metropolitani. lxxi. Abbates et Priores ultra octingentos. In ipſa ſynodo chimenſis epiſcopus inſtituitur. ad quam ſedem Rûdgeruſ primus epiſcopus ordinatur. Manegoldus epiſcopus pataujenſis obiit. cui Ulricus ſuccedit.

M.

M°. cc°. xvi°. Innocencius papa iii^us ab urbe egressus. uerbum crucis in Tuscia predicauit. et aput Perusium ciuitatem in diuisione apostolorum obiit. ibique sepultus est. Honorius iii. papa substituitur. ordo predicatorum inicium sumit.

M°. cc°. xvij°. Rex vngarie Andreas. et Leupoldus dux Austrie et Otto dux Meranie. Ekbertus babenbergensis episcopus. et alii multi comites et milites cum manu ualida transfretauerunt ad subcursnm terre sancte.

M°. cc°. xviii°. Ludwicus dux Bawarie oppidum in Straubing construere cepit.

M°. cc°. xix°. Otto aliquando imperator a sentencia excommunicacionis absolutus obiit et, regalia regi Fridrico reliquit. Secouiensis episcopatus a domino Honorio papa creatur. et Karolus frisacensis prepositus eidem sedi preficitur. Eodem anno concilium prouinciale a domino Eberhardo archiepiscopo Salczpurgensi celebratur. et Ludwicus dux bawarie cepit municionem ciuitatis Hall. in monte qui dicitur Grivt, que postea ab archiepiscopo destructa est. Damiata ciuitas paganis interfectis a christianis potenter est obsessa. Eo tempore vlricus patauiensis episcopus cepit construere castrum in monte sancti Georii. Otto frisingensis episcopus obiit. cui Geroldus succedit.

Eo tempore obiit Waltherus huius loci prepositus. cui succedit Gerungus. Eodem anno castrum in abach dominus Ludwicus dux edificat.

M°. cc°. xx. Sanctus Thomas cantuariensis episcopus et martir ab honorio papa missis cardinalibus translatus est.

Anno domini ab incarnacione M°. cc°. xx°. Fridricus ii. coronatus fuit. in imperatorem a domino honorio papa iii°. in basilica sancti Petri. Anno regni sui viii. ab augusto primo xc^us. Hic ab infancia ab ecclesia tamquam per matrem educatus. et ad imperii fastigium

gium Ottone dampnato promotus, ecclesiam dei non fouit tamquam matrem. sed tamquam nouercam quantum potuit laniauit. Propter quod honorius papa qui ipsum coronauerat. sibi rebellem et Ecclesie Romane aduersarium conperiens. ipsum anathematizauit. et omnes barones a sua fidelitate absoluit. Gregorius quoque successor Honorii ipsum anathema renouauit.

Anno domini M°. cc°. xxxi°. pro eo quod duos cardinales. legatos cum redirent ad curiam cum pluribus prelatis capi fecerit, et proprium filium regem alamanie carceris squalore suffocauerit. Succedente uero tempore. hoc est

M°. cc°. xlv°. Innocencius papa iiii^us in concilio lugdunensi contra predictum fridricum imperatorem deposicionis sentenciam promulgauit. et electores principes. contra ipsum lantcrauium Turingie Heinricum elegerunt. quo post paruum tempus mortuo. Wilhelmus comes hollandie denuo contra ipsum a principibus eligitur. anno domini M°. cc°. xlvij. sed post paruum tempus a phrisonibus occiditur. et sic uterque lectus caruit benedictione imperiali. post suam ab imperio destitucionem. in apuliam ueniens ibi graui infirmitate correptus mense decembri sine sacramentis et penitencia in anathematis uinculo est defunctus anno domini M°. cc°. l°.

Incidencia a coronacione imperatoris Friderici usque ad obitum suum. scilicet M^m. cc^m. l^m.

M°. cc°. xxi. Damiata ciuitas que portus ethyopie dicitur. multo labore et sanguine ac sudore christianorum acquisita. heu exigentibus peccatis hominum diuina permissione seductis in quandam insulam christianis. aquis et exercitu sarracenorum circumuallatis. quibusdam submersis aliisque occisis. tandem sub quadam forma conposicionis. et multa strage hominum ab utraque parte facta coactis Christianis. Sarracenis per manus

nus chriſtianorum reddita eſt. ubi aderant Ludwicus dux bawarie. Ulricus Pataujenſis epiſcopus et alii quam plures nobiles et ignobiles quorum non erat numerus. qui fugam arripientes uix euaſerunt. Ulricus pataujenſis epiſcopus ab expedicione rediens tranſmarina in uia obiit. Cui Gebhardus de plaim eiuſdem eccleſie canonicus ſucceſſit.

M°. cc°. xxii°. xi. Kalendas Iulii poſt ueſperas confuſo ſubito aere uenit grando afferens lapides in modum oui Galline qui per magnam partem prata campos. ortos. pomeria deuaſtauerunt.

M°. cc°. xxiii°. corpora ſanctorum Viti et Modeſti ab archiepiſcopo Eberhardo Et Karolo ſecouienſe epiſcopo in eccleſia ſancti Andreæ aput Lauent inuenta. et in altari ibi recondita plurimis ceperunt coruſcare miraculis. et eorum reliquie ad eccleſiam Salczpurgenſem ab archiepiſcopo ſunt tranſlate. preſentibus pataujenſe et chimenſe epiſcopis. cum multa frequencia et tripudio populi.

M°. cc°. xxiiii°. A Ludwico duce bawarie oppidum in Landaw conſtruitur.

M°. cc°. xxv°. Leupoldus dux Auſtrie conſenſu Ludwici ducis bawarie conſtruit caſtrum in Schærding.

M°. cc°. xxvi. Archiepiſcopus inſtituit ſedem kathedralem aput ſanctum Andream in Lauent.

M°. cc°. xxvii. magna copia cruce ſignatorum ad mandatum domini pape Gregorii. ix. iter peregrinationis arripuerunt. inter quos auguſtenſis epiſcopus. et Ludwicus maritus ſancte elyzabeth lancrauius Turingie cum aliis nobilibus obierunt. Fridrico imperatore remanente. propter quod ipſum papa excommunicatum ſollempniter denunciauit. ex quo facto grauiſſimum ſciſma oritur inter regnum et ſacerdocium.

M°. cc°. xxviij°. Otto filius ducis Ludwici bawarie aput Strubingam preſente rege heinrico et multis aliis principibus in feſto Pentecoſten gladio accingitur militari.

tari. vbi Vlricus primus Lauentinus episcopus ab archiepiscopo in episcopum consecratur. Isti autem principes interfuerunt. Heinricus rex filius friderici imperatoris. Ludwicus Bawarie. Leupoldus austrie. Pernhardus Carinthiæ. Otto Meranie. duces. Hainricus marchio de andhes. Episcopi. Eberhardus Salczpurgensis. Hermannus Wirczpurgensis. Ekpertus babenbergensis. Gebhardus patauiensis. Sifridus Ratisponensis. Syboto Augustensis. Heinricus Astauiensis. Růdgerus Chimensis. Karolus Secouiensis. Vlricus Lauandinus.

In margine. Vlricus fit prepositus huius loci.

M°. cc°. xxx°. Gregorius. ix. papa et imperator Fridricus mediantibus principibus alemannie. uidelicet patriarcha aquilegense perhtoldo. Archiepiscopo Salczpurgensi Eberhardo. episcopo ratisponensi Sifrido. austrie Leupoldo. Meranie Ottone. Carinthie pernhardo. ducibus. et quibusdam aliis ad concordiam redierunt. et dominus imperator ab excommunicacione soluitur. et post absolucionem. in hospicio et mensa a domino papa excipitur. Eodem anno castrum in fliensperch ab alberto comite de pogen erigitur. Leupoldus dux Austrie aput sanctum Germanum obiit. cuius ossa in austriam elata in die sancti Andree apostoli in monasterio Lirenueld. quod idem dux magnifico opere construxerat ut hodie claret. ab archiepiscopo sepeliuntur.

M°. cc°. xxxi°. Rapoto palatinus bawarie obiit. Ludwicus dux bawarie presente familia sua a quodam ignoto pagano insidiis domini friderici imperatoris cultro percussus. xvi. kal. octobris obiit. Eodem anno prepositus Salczpurgensis abbas sancti petri. et abbas Admůnsis de licencia domini pape Gregorii. ix. ab archiepiscopo eberhardo in die sancto pashe nutis (*probabilius* mitris) pontificalibus sunt insigniti et priuilegiati. Eodem anno monasterium monialium cysterciensis ordinis a ludmilla ducissa in Landshůt construitur.

In marg. Heinricus primus huius loci fit prepositus ordinis premonstratensis. M.

M°. cc°. xxxii°. dominus papa Gregorius propter guerram Romanorum ab urbe receſſit. Eodem anno Gebhardus patauienſis epiſcopus propter infamiam occiſionis Eberhardi canonici patauienſis et aliorum criminalium ſibi obiectorum epiſcopatum reſignauit. Cui Rudgerus primus chimenſis epiſcopus auctoritate domini pape ſubſtituitur. Sanctus antonius aput Paduam ſignis choruſcans. a domino papa canonizatur. Archiepiſcopus Eberhardus ex licencia domini pape prepoſito Salczpurgenſi uſum uirge paſtoralis et anuli et cirotecarum indulſit.

M°. cc°. xxxiij°. Sanctus Virgilius a domino papa Gregorio. ix. canonizatus eſt. iiij. Idus Iunii. Elizabeth filia regis vngarie uidua Lantcrauii Ludwici poſt obitum ſuum ſignis claret. Ekpertus babenbergenſis epiſcopus a miniſterialibus ducis carinthie per totam quadrageſimam in captiuitate tenetur. Otto dux bawarie curiam ſollempnem Ratiſpone celebrauit. cui archiepiſcopus Salczpurgenſis Eberhardus et omnes epiſcopi bawarie interfuerunt.

M°. cc°. xxxiiij°.

M°. cc°. xxxv°. Albertus comes de pogen tranſfretauit. et aput uenecias captiuatur. Agnes duciſſa bawarie. xiii. kal. decembris peperit filium. qui uocatus eſt heinricus.

M°. cc°. xxxvj°. Fridericus dux Auſtrie et Stirie ab imperatore friderico. II. proſcribitur aput auguſtam. Eodem anno ſancta Elyzabeth miraculis clarens aput Marburch de tumulo tranſfertur. preſente fridrico imperatore. qui eciam tunc temporis. filium ſuum heinricum in regem (*ita Codex*) alamannie. eo quod contra ipſum cum Lombardis conſpirauerat, captiuauit. et exilio relegauit. ubi et uitam in breui finiuit. Et duo filii eius. F. et H. ſimiliter in apulia obierunt.

M°. cc°. xxxvij°. Ekpertus babenbergenſis obiit.

M°. cc°. xxxviij°.

M.° cc°. xxxviiij°. Fridricus imperator a domino Gregorio ix. papa in ecclesia Lateranensi in die palmarum et subsequenter in cena Domini et in pascha. ex multis causis. sollempniter excommunicatur. approbantibus cardinalibus uniuersis. Eodem anno. iij. Non. Iunii. eclypsis solis facta est. duarum horarum.

M°. cc°. xl°. In pago frisingensi uersus meridiem tanti mures excreuerunt. quod omnia semina camporum corrodentes. usque ad radicem. rusticos coegerunt. ut suos dimitterent campos et patriam. et ad aliam peruolarent.

M°. cc°. xli. Regnum vngarie quod ccc[tis.] et l. annis durauerat. a tartarorum gente destruitur. Gregorius. ix. papa obiit. Celestinus succedit. Perhtoldus fit huius loci prepositus. Eclypsis solis facta est in media die. in octaua Mychahelis. et stelle uise sunt.

M°. cc°. xlij°. Albertus ultimus comes de pogen. obiit. xviij. Kal. Februarii. Heinricus de Catania. notarius imperatoris eligitur in episcopum Babenbergensem. Heinricus Gneistinger ii[us.] fit huius loci prepositus.

M°. cc°. xliij°. Sinnibaldus dyaconus cardinalis. in papam eligitur. et uocatus est Innocencius iiij[t.] vii. kal. Iulii. iam enim propter scisma inter regnum et sacerdocium sedes apostolica uacauerat. mensibus fere. xxii.

M°. cc°. xliiij°. heinricus filius Ottonis ducis bawarie. duxit uxorem Elyzabet filiam Bele regis vngarie.

M°. cc°. xlv°. vniuersalis synodus celebratur aput Lugdunum. ubi dominus Innocencius iiii. papa contra Fridricum imperatorem deposicionis senteneiam promulgauit. et Lancrauium Turingie eligi in regem Alamannie procurauit. mortuoque ipso comitem hollandie. In ea synodo fuerunt tres patriarche et episcopi plurimi.

M°. cc°. xlvj°. Eberhardus Salczpurgensis obiit. Heinricus Lancrauius in regem eligitur. et eodem anno obiit. Chun-

Chunradus filius fridrici imperatoris. ducit uxorem dominam Elyzabeth. filiam Ottonis ducis bawarie. Fridericus dux Auſtrie occiſus eſt. Dominus Alramus de hals. obiit. xiiij. kal. februarii.

M°. cc°. xlvij°. Caſtrum in wintzer deſtruitur. Wilhelmus comes Hollandie in regem eligitur. Ludwicus filius ducis Bawarie. Chunradum comitem de Waſſerburch cum exercitu inuaſit. et eum de comitatu eiecit. omnibus municionibus ſuis captis. Phylippus filius pernhardi ducis carinthie. eligitur in archiepiſcopum Salczpurgenſem. cui a domino papa Innocentio iiij. Purchardus comes de Zigenhaim ſuper ponitur. et conſecratus ac pallio archiepiſcopali decoratus moritur.

M°. cc°. xlviij°. iii. Idus februarii in nocte factus eſt terre motus. Ludwicus dux Auſtrie tranſfretauit.

M°. cc°. xlviiii. Ludwicus rex francie damiatam ciuitatem ſarracenorum fortiſſimam. in Octaua ſancte Trinitatis miraculoſe cepit. Rapoto comes palatinus Bawarie obiit. Eberhardus fit huius loci prepoſitus. et in eodem anno deponitur.

M°. cc°. l°. Ludwicus rex francie a ſarracenis captus. Damiatam et alias ciuitates quas priori anno ceperat. reddere cogitur. Roperto fratre ſuo plus quam cum xx. milibus chriſtianorum occiſo. In quo bello eciam occubuit paganorum innumerabilis multitudo. Rûgerus patauienſis epiſcopus propter hoc quod in ſciſmate inter regnum et ſacerdotium fauere uidebatur parti aduerſe. ab Innocentio IIII. papa ab officii et beneficii deponitur dignitate. et dominus perhtoldus frater alberti epiſcopi Ratiſponenſis ſubſtituitur. cui ſtatim capitulum et ciuitas patauienſis cum miniſterialibus obedire ceperunt unanimiter. et ſubeſſe. contra uoluntatem chunradi regis. et Ottonis ducis bawarie. predicto Rûgero epiſcopo. penitus refutato. Hermannus marchio de baden. qui ſibi uſurpauerat ducatum auſtrie. moritur iiii. Non. octobris. Ciues Ratiſponenſes melio-

 res

res qui xlv. ab alberto epiſcopo capiuntur. iii°. Kal. Nouembris. hiis diebus quidam frater perhtoldus nomine de ordine minorum de domo Ratiſponenſi tantam graciam habuit predicandi. ut ſepe ad eum audiendum plus quam. lx. milia hominum conuenirent. Fridericus imperator ſine penitencia et ſacramentis. in apulia moritur. in menſe decembri.

Anno ab incarnacione domini m°. cc°. li°. poſt mortem Friderici imperatoris. dominus papa Innocencius iiii. in cena domini Wilhelmum comitem Hollandie. iam dudum a quibuſdam principibus in Romanum regem electum. multis epiſcopis preſentibus. aput Lugdunum confirmat. et ſtatim ſe tranſfert ad ytaliam de Lugduno. ubi iam fere viii. annis fecerat continue manſionem. Ipſe autem rex Wilhelmus anno regni ſui v°. de comitiſſa flandre glorioſe triumphat. ſed poſtea anno regni ſui. ix°. in freſia bellica agente negocia. cum exercitu exiſtens. menſe februario. a freſonibus eſt occiſus. Qui cum ad quandam ciuitatem eiuſdem prouincie deueniſſet. fertur ibidem inueniſſe ſepulchrum. opere mirifico conſtructum, et dum a ciuibus quereret. cuius eſſet hoc ſepulchrum tam ſumptuoſo opere decoratum. dicebant. quod nondum quiſquam ibi eſſet ſepultus. ſed antiquam patres eorum conſtruxerint, illud per fatum cognoſcentes, quod in eodem loco deberet romanorum regum aliquis tumulari. Deuicta itaque et ſubiugata tota freſia. iam uictor ipſam terram exiret. a quibuſdam fugitiuis. ſecus uiam in harundineto latitantibus. cuſpidibus occiditur. et in predicto tumulo ab indigenis ſepelitur M°. cc°. lvi°.

Rychardus et Alphonſus contencioſe.

Anno domini. M°. cc°. lvii°. principes regni poſt mortem Wilhelmi regis ſub domino Alexandro IIII. papa iam diu habitis diuerſis conuentibus pro eligendo rege. tandem diffinitiuum electionis diem in octaua Epipha-

pha-

phanie ftatuerunt. in franchenfurt celebrandum. Ubi dum quidam conueniffent. Moguntinus et colonienfis archiepifcopi. et Ludwicus comes palatinus Reni. ac frater fuus dominus Heinricns dux bawarie. in Richardum fratrem regis Anglie conuenerunt. et electus ab ipfis fubfequenter in die afcenfionis domini. aput aquifgranum in regem ungitur. et potenter in regni folio collocatur. Dominus autem Treuerenfis archiepifcopus cum aliis quibufdam principibus confentire nolens electioni predicte: in media quadragefima fretus litteris et auctoritate regis bohemie ducis Saxonie marchionum de Brandenburch et aliorum multorum principum. elegit dominnm Alphonfnm Regem Hyfpanie. qui electioni de fe facte confenfit. perfuafus a regibus principibus et amicis. Qui duo Reges contenciofe regnauerunt. xii. annis. et amplius. ufque ad tempora Rudolfi comitis de Habfpurch.

Incidencia ab anno domini M°. cc°. l°. et regimine domini Wilhelmi regis ufque ad tempora domini Rudolfi Romanorum regis.

M°. cc°. li°. Chunradus rex. filius friderici quondam imperatoris. Natale domini Ratifpone fuit. ubi in proxima nocte poft feftum Innocentum. quia iam poffeffiones epifcopi et minifterialium Ratifpone incendiis uaftauerat, dum in monafterio fancti Emerami dormiret. Chunradus de Hohenuels. et alii minifteriales. media nocte in cameram fuam irruperunt. et cum per exploratores Regem cum quatuor fociis tantum in ipfa dormire didiciffent. duobus occifis et tribus captis. credebant fe occidiffe ipfum Regem. fed noctu vi^us^ fortuito cafu fuperuenerat et loco ipfius regis interfectus eft. Rex autem latitans fub fcampno. ualde miraculofe imminens periculum mortis euafit. Subfequenter circa feftum Epyphanie rex Bohemie filium fuum in Bawariam cum exercitu deftinauit. qui in Marchia Chambenfi.

bensi. multas uillas rapinis et incendiis uastauerunt.

Mors imperatoris Friderici propalatur. et Chunradus rex ad partes Reni festinat. Eclypsis lune facta est feria vi. in nocte ante ramos palmarum.

In ipsa quadragesima dominus perhtoldus patauiensis electus ordinem dyaconatus et sacerdocii. ac eciam consecracionem episcopalem. in Bohemia recepit. ab episcopis Olomuciensi uidelicet et Pragiensi.

Castrum in Teispach a Ludwico duce nocte per insidias pro parte captum. et pro parte obsessum destruitur. et fossata eius mirabiliter forcia complanantur. et ex hoc Bawaria in ea estate pro magna parte incendiis flagrat. Bohemis partem Alberti episcopi Ratisponensis adiuuantibus contra duces.

Chunradus Rex in festo Apostolorum Petri et Pauli cum Ottone duce aput Chambiam ueniunt. quos Rex Bohemorum uidere contempsit.

Otto dux castrum et oppidum in Dingolůing construere cepit.

Eodem anno Chunradus Rex in autumpno intrauit apuliam. et ibidem totum regnum pr. mr. potenter possedit. contra prohibicionem domini Innocencii IIII. pape.

M°. cc°. lii°. Otto dux Bawarie nouam monetam in Landeshůt fabricari iussit. circa inicium messis. mandans ipsos denarios. et non alios recipi in toto suo districtu. et exercitum uersus austriam mouens. in ipsa expedicione filii sui Ludwicus et Heinricus in festo Mychahelis aput ǒting militaribus gladiis sunt accincti.

Domina Elyzabeth filia Ottonis ducis Bawarie genuit Chunrado regi filium in die Annunciacionis qui uocatus est Chunradinus.

M°. cc°. liii°. Otto dux Bawarie. cum heinrico filio suo occurrere uolens Bele Regi Vngarie qui tunc sicut priori anno cum ualido exercitu cumanorum et vngarorum. Austriam et Morauiam intrauerat, ammonicio-

nicionibus et militibus ſuperioris auſtrie prepeditur. Nam priori anno dominus premizzel qui et Otakchero filius Venczeſlai regis Bohemorum Auſtriam et Stiriam ſibi attraxerat. ducta in uxorem domina Margareta. relicta Heinrici regis quondam Romanorum. que fuit filia Leupoldi quondam ducis Auſtrie et Stirie.

Heinricus filius Ottonis ducis Bawarie auxilio Meinhardi comitis goricie. et Eczlini nobilis de Teruiſio. per uallem tridentinam. uadit in ungariam. ad ſocerum ſuum Belam regem. Otto igitur dux Bawarie in principio regiminis ſui iudex Seuerus et princeps manſuetus. poſt ea propter fauorem quem inpendere uidebatur. Friderico quondam imperatori. et Chunrado filio eius. ab Innocencio IIII. papa. et epiſcopis. iam diu et ſepe excommunicatus. perſequi cepit clerum et mala malis addens. in uigilia ſancti Andree Apoſtoli cum in ſero cum uxore et familiaribus ſuis ualde iocundus fuiſſet. preſentem uitam ſubitanea morte finit. menſe Nouembrio. *Ita codex.*

Venczeſlaus rex Bohemorum moritur in menſe Septembri.

Ottone duce defuncto dominus Ludwicus dux Heinrico fratre ſuo vngarie exiſtente. cum Alberto epiſcopo Ratiſponenſi concordiam fecit. et diuina iam per multos annos ſuſpenſa. in illa dyoceſi relaxantur.

M°.cc°. liiii. Perhtoldus epiſcopus pataujenſis obiit. cui per electionem canonicam Otto de Lonſtorf. eiuſdem eccleſie canonicus et archidyaconus ſuccedit.

Ludwicus dux adhuc abſente fratre concordiam facit cum phylippo electo Salczpurgenſi.

Chunradus rex priori anno Neapoli expugnata. et muris eius ad terram proſtratis. homo pacificus et iudex Seuerus. in uigilia aſcenſſionis domini. diem clauſit extremum. De cuius obitu teutonici. Apuli. et Lonbardi. preter illos, qui erant de parte eccleſie. dolore nimio ſunt turbati.

Heinricus dux Bawarie auxilio domini Phylippi Salczpurgensis electi. de vngaria reuertitur. et ambo duces. ad consilium domini Heinrici Babenbergensis episcopi suu regu (*ita codex*) concorditer principatum. Eodem anno sterilitas frugum tam magna fuit. et maxime circa Danubium. ut nec semina potuissent haberi. Sed et in nocte sancti Marci ewangeliste per maximum frigus. uinee et fructus arborum perierunt. ita ut ualde modicum uini nasceretur. et illud esset nimis acerbum.

Innocencius IIII. papa Neapolim ueniens Septimo die intrante mense decembri moritur. et ibidem sepelitur. cui statim in eadem ciuitate. cardinalibus tunc presentibus dominus Reinaldus Ostiensis episcopus subrogatur. et uocatus est Alexander IIII[us].

Manfredus filius Friderici quondam imperatoris principatum tenens in Apulia potenter terram ipsam defendit. nomine chunradi paruuli. fratruelis sui. qui adhuc cum domina Elyzabeth matre sua in bawaria morabatur.

Bela Rex Vngarie cum Otakhero duce Austrie. concordiam facit. recipiens ducatum Stirie sueque potestati subiciens.

Ipse autem Otakherus qui et bremzzel in tribus suis principatibus. Bohemia. Morauia. et Austria. tamquam princeps omni probitate preclarus. inopinatam et optimam pacem facit. uadens in hyeme subsequenti in bruzziam cruce signatus. et magnam partem ipsius terre cultui subdidit christiano.

M°. cc°. lv. Ludwicus et Heinricus duces Bawarie. suos inter se diuidunt principatus. et heinrico cessit nomen Ducis. cum maiore parte Bawarie. uidelicet Ratispona. Chambia. Chelhaim. Arding. Landeshût. ôting. Purchhausen. et Hall. et quidquid est inter loca predicta. et terras Austrie et Bohemie. Ludwico autem cessit superior pars Bohemie. Bawarie. cum palacio Reni et nomen purkcrauii Ratisponensis. vnde et castrum in

Regen-

Regenſtauph in Lengueld Lchalmunez. et alia que ad eundem pertinent comitatum. ſibi in ſortem ceſſerunt.

Heinricus dux cum Alberto epiſcopo Ratiſponenſi. et domino Ottone pataulenſi epiſcopo plene concordans monetam Landeſhûtenſium ſauit. (*ita codex*) ac interdictum diuinorum in dyoceſi patauienſi plus quam per triennium obſeruatum. per epiſcopum patauienſem relaxatur.

Eodem tempore Vlricus II. aſſumit ſibi regimen iſtius eccleſie. et prefuit II. menſibus. et reſignauit. cui ſucceſſit hermannus huius eccleſie canonicus. qui deponitur poſt VI. menſes.

M°. cc°. lvi. Ludwicus dux comes palatinus Reni. dominam Mariam uxorem ſuam ſororem ducis Brabancie. heinrici ſuſpectam habens in adûlterio. tunc in ſueuico Wôrd morantem. xv°. Kalen. februarii precepit decollari. Ipſo menſe Pernhardus dux Karinthie obiit. cui vlricus filius eius ſuccedit.

Sequencia facta ſunt ſub rege Richardo.

M°.cc°.lvii. Phylippus Salczpurgenſis electus iam per x. annos nolens ordinem preſbiterii aut epiſcopalem ſuſcipere conſecracionem. a domino Alexandro IIII. papa deponitur. et Vlricus Secouienſis epiſcopus. ei in archiepiſcopum eiuſdem eccleſie ſubrogatur.

M°.cc°.lviii°. Otakchero qui et bremzel rex Bohemie. dux Auſtrie. iuuenilis etatis audacia perſuaſus. per Patauienſem ciuitatem in terram Bawarie hoſtiliter eſt ingreſſus. iactans ſe tamquam diuiciis et potentia preditum. uelle et poſſe contra omnium hominum uoluntatem ad ignominiam domini Heinrici ducis ante muros ciuitatis uel caſtri in Landeſhût, potenter milicie opera exercere deuaſtans omnem terram incendiis. per uallem vilſe fluminis. que iuxta caſtrum in fraunhouen. Memoratus autem dominus Heinricus dux. licet uix v. diebus ante introitum predicti regis inimicicia-

rum litteras recepiſſet. ſuis conuocatiſ hominibus et amicis. tamquam animoſus princeps. cum exercitu ualido equeſtrium et pedeſtrium ad campos contra ſuos audacter egreditur inimicos. etiam cum paucis dominus Ludwicus dux. frater ſuus de partibus Reni cum paucis ſuperuenit. Rex itaque ſepefatus cernens animoſitatem ducum. et bawarice gentis. timuit congredi cum illis in ſexta feria. Tregis per illum pridie petitis. et inpetratis. in nocte ac ſubſequenti ſabbato. fugit cum ſuis omnibus. uerſus Můldorf. ubi dum uictricia nobilium ducum dorſa fugiencium ſequerentur. pons per Enum fluuium tragectus. multitudinem tranſeuncium et ſtrepitum ferre non ualens. ſub hoſtibus ruit. et ſic primi ſunt ſubmerſi. qui autem uidebantur nautare per lanceas et ſagittas. litus tangere prohibentur. Sed et hii qui remanſerant citra flumen. non ualentes fugere. receperunt ſe in ſuburbio. ſub quadam turre. qui omnes cum armis et equis optimis incendio ſunt cremati. ita quod in aqua et igne quaſi quadringenti uiri perierunt. reliqui fere omnes preter regem. qui cum nobilioribus iam tranſierat. in predicto oppido ſunt incluſi. Inter obſeſſos autem hii fuerunt nobiles de Bohemia. Wokcho de Roſenberch. Zmilo de Læuhtenburch. Wikhardus de Tirlach. Schazla de fridlan. Wilhelmus de Goldebrat. (*probabilius* Podiebrad) Ibis de Schechni. Beneis de Volchenſtain. Purchardus de Chlingberch. vlricus pinzerna de Elnpogen. Ienczo purkkrauius de Græcz. Zmil frater Wokchonis. Haür cognatus Wokchonis. dlohomil de Nabzdon. Stiborius dictus caput. Vlricus de Roſentol. De Auſtria uero albero et heinricus de Chunring. vlricus de Lobenſtain. Vlricus de Capella. Ludwicus de Zelking. Sighardus dictus Piber. qui cum aliis omnibus. — —. — ix°. die obſidionis eorum cum equis et rebus quas tunc habebant. per clemenciam ducum predictorum ſub quadam forma compoſicionis. ad propria ſunt remiſſi.

Hein-

Heinricus Babenbergensis episcopus. xiiii. Kal. Octobris obiit. cui succedit perhtoldus comes de Leining. canonicus eiusdem ecclesie.

Dominus Albertus preficitur huic loco prepositus.

M°. cc°. lix°. Chunradus frisingensis episcopus obiit. cui succedit Chunradus Wildgrauius. Gebhardus comes de Hiersperch. sororem ducum bawarie dominam Sophiam duxit uxorem.

Eclypsis lune facta est. xv. Kal. Iunii.

Albertus Ratisponensis episcopus pro quibusdam criminibus aput sedem apostolicam accusatus. cum se defendere non posset cessit. eique frater Albertus de ordine predicatorum subrogatur.

Meinhardus comes Goricie. sororem ducum bawarie dominam Elyzabeth relictam Chunradi regis duxit uxorem.

M°. cc°. lx. Dominus Ludwicus comes palatinus Reni. dux Bawarie. duxit dominam Annam filiam Chunradi ducis Polonie in uxorem.

Otakcherus Sex Bohemie. Dux Austrie. dolens de perdicione ducatus Stirie. castra mouit. congregato ualido exercitu. contra vngaros. quos aput villam que Chessenbrunn dicitur. congressione facta. Stephano rege iuniore wlnerato. dicitur defecisse. Ducatu Stirie cum ciuitate Bettouia sibi plenarie restituto.

Hiis diebus surrexerunt quidam penitentes. qui flagellatores dicebantur. qui in breui tepescere ceperunt. sicut res immoderate concepta. Dipoldus huius ecclesie canonicus eligitur prepositus.

M°. cc°. lxi. Natus est Heinrico duci filius quem vocat Ottonem.

Eodem anno dominus Alexander IIII. papa cum pro subcursu terre sancte. concilium in Octaua Apostolorum Petri et Pauli habendum in viterbio condixisset. ipse papa. viii. Kal. Iunii diem clausit extremum. cui suc-

ſucceſſit. Iacobus patriarcha ieroſolimitanus. et dictus eſt Vrbanus IIII.

Frater Albertus Ratiſponenſis epiſcopus fugiens tam magnam curam animarum domino Vrbano pape offert uoluntariam ceſſionem. cui ſuccedit dominus Leo eiuſdem eccleſie decanus.

M°. cc°. lxii°.

M.° cc°. lxiii.

M°. cc°. lxiiii°. Vrbanus IIII. papa moritur in menſe Octobri. et aput peruſium ſepelitur.

M°. cc°. lxv°. iii,. Non. februarii. Eligitur in Romanum pontificem dominus Gwido quondam miles uxoratus. habens duas filias per uxorem. poſtea factus epiſcopus podienſis. ac poſtmodum Archiepiſcopus Narbonenſis. et ſubſequenter Sabinenſis epiſcopus cardinalis. et dictus eſt Clemens IIII. papa qui per incrementa uirtutum que in ipſo primitus floruerunt. prouectus eſt ad tanti nominis dignitatem.

Otto patauienſis epiſcopus obiit. iiii. Idus Aprilis. uir piiſſimus. et pater clericorum. qui non bellator. ſed diligens pacem. eccleſiam ſibi conmiſſam honoribus et diuiciis plurimum ampliauit. In cuius locum primo poſtulatus dominus Wladizeus. poſtea Salczpurgenſis electus. Dominus Petrus a domino papa Clemente IIII. ſubſtituitur. et quam bene ac mirabili modo utrique Eccleſie Salczpurgenſi et Patauienſi a ſede Apoſtolica ſit prouiſum. effectus regiminis utriusque ſufficienter edocuit.

Hertwicus canonicus eccleſie windbergenſis eligitur in prepoſitum huius loci. qui poſt. vi. menſes prelaturam reſignauit. Poſt quem eligitur dominus Chunradus noue Cellenſis prepoſitus. ad huius Eccleſie regimen. quondam canonicus Vrſpergenſis.

M°. cc°. lxvi. iii°. Non. Marcii. facta eſt congreſſio in apulia inter Karolum fratrem Regis francie. et Manfredum

dum regem Sycilie. et Manfredus deuictus occubuit filius naturalis Friderici imperatoris.

Otakcherus Rex Bohemie uadit cum exercitu Ratisponam. in mense Augusto cum multis milibus armatorum. destruens Regenstauf. et Nitnaw. aliaque castra. ubi periit magna multitudo. et morante ipso Ratisspone per biduum. per Egram reuertitur in Bohemiam. quo recedente dominus heinricus dux misso exercitu ultra fluuium Iltscham. oppidum in velden et alias municiones cum tota prouincia ibidem incendio deuastauit.

Subsequenter. III Kal. Nouembris idem Heinricus dux Bawarie per portam quandam ciuitatis pataniensis tradicione quorumdam per adulterinas claues obtentam nouum forum cum quibusdam domibus et Cellario Canonicorum. ac magna parte ciuitatis exussit. aliquibus ibidem ciuibus interfectis.

M°. cc°. lxvij°. Dominus Gwido Cardinalis presbiter tituli sancti Laurencii in Lucina. vi°. Id. Maii. Apostolice sedis legatus aput Wiennam austrie concilium celebrauit. ex mandato domini Clementis. IIII. pape. cui interfuerunt Chunradus frisingensis. Petrus pataniensis. Leo Ratisponensis. Pruno Brixiensis. Amulricus Lauantinus. Iohannes Pragiensis episcopi. et alii quam plurimi de ipsis dyocesibus prelati. Archidyaconi. et decani.

Eodem anno factus est terremotus. ita ut in multis etiam locis ruinam edificia paterentur.

Otakcherus rex Bohemorum. et Heinricus dux Bawarie. per pacis osculum ad concordiam redierunt.

Dominus Wladizlaus aput Salczpurch in dominica Trinitatis in archiepiscopum consecratur.

M°. cc°. lxviij°. Chunratinus Rex inuitatus iam diu a lombardis et apulis ytaliam ingreditur adherentibus et fauentibus sibi plurimis Ciuitatibus. Romam ingressus gloriose tamquam imperator cum magno tripudio suscipitur. domino papa Clemente tunc aput Viterbium existente.

Post

Post hec versus Apuliam progreditur cum exercitu. ac habito conflictu cum Karolo rege. uictus et captus est. ac aput Neapolim iussu predicti Karoli cum Friderico duce filio Hermanni de paden ducis Austrie decollatur.

Subsequenter in mense Nouembre in die sancti Chrisogoni moritur Clemens IIII. papa. qui quoniam in papatu nunquam Romam intrauerat. in loco ubi iam diu steterat, uidelicet in Uiterbio sepelitur. Ex hinc sedes Romana diu uacare cepit. scilicet usque ad iiii$^{m.}$ annum. propter discordiam cardinalium. qui permittente domino ad malum tocius christianismi. in eligendo pastorem Ecclesie katholice non poterant concordare.

M°. cc°. lxix°. In natiuitate domini tanta est invndacio facta aquarum. quanta nunquam a tunc uiuentibus uisa fuit.

M°. cc°. lxx°. Wladizlaus archiepiscopus Salczburgensis obiit. cui subrogatur Fridericus eiusdem ecclesie prepositus.

Bela rex Vngarie frater sancte Elyzabeth. et pater Elyzabeth Ducisse Bawarie. ex hac uita decessit. relinquens Stephanum filium suum regni successorem. Maria Greca etiam regina Vngarie non post longum tempus obiit. uxor predicti Bele. In ipsa eciam estate tanta siccitas fuit ubique ut sata omnia arescerent. et ex hoc fames maxima est secuta. attamen vinum in habundancia natum fuit.

Ludwicus rex francie obiit. in partibus transmarinis. relinquens filium Phylippum regni successorem.

Stephanus rex vngarie misso exercitu in Austriam. illam prouinciam deuastauit. occisis et in captiuitatem abductis plusquam. xvii. milibus hominum.

M°. cc°. lxxi°. Otacherus Rex Bohemie. dux Austrie congregato ualido exercitu. vngariam inuasit. et deuictis. castris. scilicet Prespurch. Altenburch. Tirna. et castro sancti Georii. circa festum pentecostes reuertitur in-

in bohemiam. exercitu relaxato. Stephanus autem rex vngarie miſſis in Morauiam vngaris et Cumanis. per incendia et rapinas. et multas ſtrages hominum plurima mala geſſit. Tandem circa ſolſticium Eſtuale. per epiſcopos et religioſos uiros. deumque timentes ad inopinatam et ſubitam pacis concordiam redierunt.

Domina Elyzabeth duciſſa bawarie filia Bele regis Vngarie. ix. Kal. Nouembris. diem clauſit extremum.

M°. cc°. lxxii°. Dominus Theobaldus, Archidyaconus Leodienſis. per formam conpromiſſi in ſummum pontificem electus. cum glorioſo apparatu. in quadrageſima intrat urbem, et ibi in eccleſia ſancti Petri conſecratus. Gregorium x$^{um.}$ ſe appellat.

Stephanus rex vngarie in Kalend. Auguſti moritur. relinquens ii. filios ſucceſſores. quorum primogenitus. ſcilicet Ladizlaus ab vngaris coronatur.

M°. cc°. lxxiii°. Vngari et Cumani quaſdam partes Auſtrie. Stirie. et Morauie. iterum deuaſtant.

Eodem anno feria v^{a}. poſt dominicam Miſericordie domini. cathedralis eccleſia Ratiſpone cum palacio epiſcopali et optimis campanis incendio totaliter eſt conſumpta.

Anni domini Rudolfi regis.

Anno domini M°. cc°. lxxiii°. mortuo Richhardo Romanorum rege principes imperii. circa octauam Mychahelis ad eligendum alium regem. in franchenfurt conuenerunt. et dum omnes qui uocandi erant intereſſent. ad mandatum domini pape Gregorii x$^{i.}$ preter heinricum ducem Bawarie. qui et ſollempnes miſerat nuncios. et per ratiabicionem ſuum eiuſdem electioni prebuit conſenſum. Electus eſt Rudolfus comes de habſpurch in Romanum Regem. Qui Rex ſtatim exegit a principibus clericis et laicis fide iuramentum. Quod cum recuſarent. propter ſceptri abſenciam ipſe edoctus ſignum crucis accipiens. talia dixiſſe fertur. Ecce ſignum in quo nos et totus mundus eſt redem-

ptus. et hoc signo utamur loco sceptri. et deosculata cruce. omnes principes. tam spirituales quam seculares. ipsam crucem loco sceptri osculantes. recipientes feoda sibi fidelitatis iuramentum prestiterunt. Deinde ipsum regem et uxorem suam aput aquis granum incontinenti coronauerunt. Ipse eciam rex adhuc existens in palacio aquensi. ad quod iam pridem intronizatus a principibus fuerat. duas filias suas. unam domino Ludwico comiti palatino Reni. Alteram Duci Saxonie matrimonialiter copulauit.

Anno autem M°. cc°. lxxiiii°. ad curiam noui regis in Franchenfurt. principes euocantur. Eodem anno celebratur concilium generale aput Lugdunum per dominum Gregorium papam x^um. cui interfuerunt plusquam septingenti episcopi et abbates et prepositi. ceterique ecclesiarum rectores in numero copioso.

Post idem concilium predictus papa Gregorius accessit Losannam dominum Rudolfum predictum Regem electum per principes Alamannie ipsam electionem confirmauit, (*Ita habet Codex.*) sibi nomen et dignitatem regiam ascribendo. et promisit ipsum postea in imperatorem consecrare.

Millesimo cc°. lxxvi. predictus Rex Rudolfus ualidum exercitum congregans. intrauit terram Austrie circa festum beati Mychahelis. euntibus secum in exercitu Mogontino et coloniensi archiepiscopis. herbipolensi. Ratisponensi. Patauiensi. episcopis. Ludwico comite palatino Reni. Heinrico duce Bawarie. et aliis multis nobilibus de Reno franconia. Sueuia et bawaria. ciuitates ibidem et castra. se suo dominio subdiderunt. excepta ciuitate Wiennense quam obsidione cinxit. et post hec totam terram Austrie pacifice possedit. excepto. quod domino Otakero. v°. Bohemorum rege pars terre trans danubium uersus aquilonem per arbitrium remansit. Tandem per duos annos scisso predicto arbitrio prefatus Rex Bohemie cum predicto Rege

ge Romanorum congredi cogitauit. In qua congreſſione Rex ipſe Bohemie eſt occiſus. et inter cadauera mortuorum nudus omnimodis eſt inuentus.

Anno domini M°. cc°. lxxxxj°. viii. Kal. Septembris. anno itaque regni ſui. xvij°. poſt diuerſos triumphos Burgundie. et aliarum terrarum in Spirenſi caſtro exiſtens. moritur. et in kathedrali Eccleſia cum regibus ſepelitur. Eadem eccleſia propter depulſionem epiſcopi per predictum Regem poſita ſub interdicto.

Incidencia temporibus Rudolfi Regis.

M°. cc°. lxxiii°. Rex Bohemie Otakerus et dux Auſtrie. et Heinricus dux Bawarie ad plenam concordiam rediernnt. Rege bohemie de Caſtro in Scherding, et quibuſdam iuribus que pertinebant ad Ducem refutacionem faciente. contra omnem hominem coniurauerunt.

M°. cc°. lxxiiij°. Rudolfus Romanorum Rex indixit principibus curiam aput Nurenberch. in feſto beati Martini celebrandam mandans omnibus principibus. ut illuc venirent. et ſe preſentarent imperatorie mageſtati. Ubi cum convenirent, multitudo magna principum et aliorum. Otakcherus Rex Bohemie. et dominus Heinricus Dux Bawarie. ſe preſentare non curauerunt. Quare per ſentenciam principum indicta fuit alia curia. aput Erbipolim celebranda.

M°. cc°. lxxv°. Rege Rudolfo cum pluribus principibus. Comitibus et magnatibus Erbipolim ueniente. Rex Bohemie et Dominus Heinricus Dux Bawarie ſe abſentant. Sentencialiter igitur a principibus curia indicitur Auguſta celebranda. circa ſolſticium. vbi conuenerunt magni uiri. ſcilicet de electoribus. non niſi Dux Ludwicus ibi fuit. Miſſi ſunt autem pro parte Regis Bohemie. uenerabilis uir. Secouienſis epiſcopus. dominus Wernhardus. ex parte autem Ducis Bawarie. heinricus prepoſitus Otingenſis. cum honeſto comitatu. et propoſitis queſtionibus ſufficienter de iure electionis

 im-

imperii. ex utraque parte ipſi nuncii ſi non diſcordes. non tamen pariter curiam exierunt. *Ita habet Codex.*

M°. cc°. lxxvi°. Rex Rudolfus expedicionem mouet uerſus Auſtriam.

Eodem anno aput Aricium obiit. Gregorius papa X. cui ſucceſſit Innocencius V. qui ſuperuixit menſibus v. et ij. diebus. poſt quem eligitur Adrianus V, qui ſedit menſem i. et ix. dies. Eccleſie ſucceſſt Iohannes XXI. qui breuiter Teſtudine oppreſſus interiit. cui ſuccedit Nycolaus papa III.

M°. cc°. lxxvij. Rex Rudolfus Wienne dominatur. cui Rex Bohemie Otakcherus mediante domino Brunone Olomucenſi Epiſcopo reconciliatur.

M°. cc°. lxxviij. Qex Bohemie predictus. iterum Regi Romanorum rebellat. et promiſſa ſua et fidem uiolat. unde a Rege Romanorum predicto. bello campeſtri. pluribus interfectis uictus occiditur.

Leo Ratiſponenſis epiſcopus obiit. cui ſuccedit heinricus.

M°. cc°. lxxix. Rex Rudolfus hoc toto anno wienne moratur.

M°. cc°. lxxx°. Poſt diutinam rebellacionem Marchionis de Brandenburch. Rex Rudolfus Bohemiam cum exercitu ualido intrat. et Marchionem inpotentem ad occurrendum. mediantibus domino Ludwico Duce Bawarie. aliisque nobilibus. tam Rex. quam Marchio pluribus interpoſitis condicionibus. ad concordiam redierunt.

Eodem anno dominus Petrus pataujenſis Epiſcopus. qui pontem Danubii primus erexit. obiit. cui ſuccedit dominus Wikhardus eiuſdem eccleſie prepoſitus.

Nycolaus Papa obiit.

M°. cc°. lxxxi°. Rex Romanorum a Wienna rediens. Sueuiam reuertitur. et primogenito ſuo Alberto principatum Auſtrie conmittit.

Eodem anno dominus Albertus de hals. ſua uirtute

te et ſtrenuitate meruit a domino Rudolfo Rege Romanorum. honore et nomine Comitis inſigniri.

Martinus IIII. papa eligitur.

M°. cc°. lxxxij°. Rex Romanorum Rudolfus Colonienſem Archiepiſcopum ſecum diſcordantem. in graciam recipit. aſſignatis regi poſſeſſionibus quas repetebat ex parte imperii. remiſit. et Thælonia. et uectigalia. que in terris imperii de nouo inſtituerat. ſuper percepcione prouentuum eorumdem. una cum Rege. in quatuor principes conpromittentes.

Eodem anno. ultimus Comes de Moſpurch moritur. et comitatus ad Ducis Bawarie deuoluitur poteſtatem.

Eodem anno dominus Chunradus huius loci prepoſitus. ad Eccleſiam Windbergenſem tranſſertur. Huic ſuccedit in prelatura huius loci dominus Ulricus dictus de Æming. huius eccleſie canonicus.

In margine. Eodem anno obiit Wichardus perchtoldſtorffer pataujenſis epiſcopus. cui ſuccedit magiſter Gótfridus eiusdem eccleſie prepoſitus de Weſtphalia.

Eodem anno. vij. Idus Maii. Volckhmarus abbas Altahenſis occiditur. uir magne religionis. et induſtrie, temporalis.

M°. cc°. lxxxiii°. Dominus Rex Romanorum ciuitatem quandam in Burgundia dictam Peterling cum ualida manu obſedit. et poſt multos labores in dedicionem accepit.

Martinus IIII. papa obiit.

M°. cc°. lxxxiiij°. Rex Rudolfus curiam Auguſte celebrauit in Epiphania. preſentibus dominis Archiepiſcopo Colonienſi. et Archiepiſcopo Salczpurgenſi. hainrico Ratiſponenſi. Wikardo Patauienſi. Baſileenſe et aliis Epiſcopis. et uiris illuſtribus. Ludwico. et heinrico ducibus Bawarie. et aliis multis comitibus. et nobilibus. ubi reformant amiciciam inter dominos R. archiepiſcopum et Heinricum ducem Bawarie. facto conpromiſſo in honorabiles uiros ſex ſuper queſtionibus ſi quas

inter ſe habuerunt decidendis. in Octaua Pentecoſtes. ibi eciam Albertum ſuum primogenitum de conſilio principum ac miniſterialium Auſtrie conſenſu de ducatu auſtrie infeodauit. et Meinhardum comitem de Tyrol ducem Karinthie fecit.

Eodem anno eligitur dominus Iacobus de Sabellio cardinalis in papam qui ſe vocat Honorium IIII.

Incipit alia ſcriptura.

M°. cc°. lxxxv. Gotfridus patauienſis epiſcopus obiit. dominus Wernhardus de Prampach eiuſdem Eccleſie canonicus ſuccedit.

Eodem anno Iudei in Sacherat. bonum hominem chriſtianum Wernherum nomine occulte occiderunt. qui dicitur miraculis claruiſſe. Simile priori anno accidit Monaci. Ipſo anno

M°. cc°. lxxxvi°. Dominus Vlricus huis loci prepoſitus dictus de Æming. Regimini ceſſit. cui ſubſtituitur per uotum conpromiſſi dominus Albero canonicus Windebergenſis quondam abbas ibidem. in die beati gregorii pape.

M°. cc°. lxxxvii°. Celebratur concilium aput Herbipolim. a domino Iohanne Cardinali epiſcopo Tuſculano. ex ordinacione honorii IIII. ſummi pontificis. cui intererant Archiepiſcopi. Moguntinus. Salczpurgenſis. et Maidburgenſis. Epiſcopi lxx. et alii Prelati. cum clero in numero copioſo. in quo concilio. ſecunda Seſſione appellatum eſt ab epiſcopo Tollenſi. (*Tullenſi*) et Procurtore Colonienſi. ab omni actione ipſius Concilii. cui appellacioni adheſit totus clerus. vnde conuocacio fuit inutilis. et ſine fructu. Honorius IIII. papa obiit. Frater Iouius cardinalis eligitur in papam. qui ſe uocauit Nycolaum IIII.

M°. cc°. lxxxviij°. Dominus Albero huius loci prepoſitus obiit. in uigilia natiuitatis S. Iohannis baptiſte. cui dominus Vlricus huius Eccleſie Canonicus dictus de Holczhaim per electionem canonicam ſuccedit in Octaua

ua Apoſtolorum Petri et Pauli. et ex permiſſione ordinis et iuſſu ſubſequenter in die S. Iacobi, a venerabili patre domino Wernhardo Patauienſi epiſcopo in primum abbatem huius loci benedicitur. qui inuenit Eccleſiam in ſtatu temporali debilem et magnis debitis obligatam. Tenebatur ipſa eccleſia iuſta conputacione habita coram uenerabilibus patribus Ludwico Vrſpergenſi. Vlrico Nouecellenſe. Chunrado Windebergenſe. prelatis. qui electioni ex parte ordinis preerant. in cccc. et xl. ℔. ratiſponenſibus xxxvi. ℔. patauienſibus quarum lxxx. ℔. Ratiſponenſes currebant ad uſuram. Item in Granis tenebatur in iiij^or^. et c. ſcafis. Tritici. et Siliginis Landawenſis menſure. Hic eodem anno. Premonſtratum accedit ſub domino Roberto Abbate Premonſtratenſi.

Eodem anno. Corpus S. Virgilii. in die beati Theodori. a domino Rudolfo Archiepiſcopo et ſuis ſuffraganeis. et aliis eiuſdem Metropolis in prouinciali concilio congregatis Prelatis. aput Salczpurgam tranſſfertur cum magno cleri et populi gaudio.

M°. cc°. lxxxix°.

M°. cc°. xc°. Dominus Hainricus dux Bawarie. bono fine et magna contricione receptis Eccleſiaſticis Sacramentis a domino Heinrico epiſcopo Ratiſponenſi. et Wernhero Lectore minorum fratrum ibidem moritur aput Purchuſam. ii. Nonas februarii.

Eodem ann. iij. Nonas Auguſti. obiit. dominus Rudolfus Archiepiſcopus Salczpurgenſis. et dominus Stephanus filius domini Heinrici ducis Bawarie. eſt in Archiepiſcopum concorditer poſtulatus. ſed dominus papa Nycolaus hanc poſtulacionem non admiſit. propter defectum etatis. deputauit autem in Archiepiſcopum dominum Chunradum epiſcopum Lauendinum.

M°. cc°. xci°. Dominus Rudolfus Rex Romanorum. obiit. xviij. Kalendas Auguſti. et ſepultus eſt in Spirea.

Re-

Regnauitque annis xvij. in Alemannia. et Italiam non intrauit.

Eodem anno dominus Wernhardus Pataujensis Episcopus uir in mansuetudine eciam Moysy coequalis. beatorum Maximiliani et valentini corpora in loco humili reposita in tumba honorabilj erecta de nouo in medio Ecclesie Pataujensis decentissime collocauit.

Anni domini Adolfi Regis.

Anno domini M°. cc°. xcij°. mortuo priori anno domino Rudolfo Romanorum rege conuenerunt principes regni in frankenfurt. in Inuencione. S. crucis ad eligendum regem. ubi concorditer per uotum conpromissi. electus est dominus adolfus comes de Nazzaw in regem Romanorum. miles strennuus et deo deuotus. omnique pietate plenus. ac Religiosorum amator. et tocius cleri pater. cui tunc principes presentes fidem seruare iurauerunt. et infeodati ab ipso. ipsam electionem conmendant. preter Albertum ducem Austrie filium domini Rudolfi quondam. Regis Romanorum. qui ambiens succedere patri in regno multa inpenderat ad se promouendum. que tamen preter diuinam ordinacionem stare non ualuerunt. tamen cum aliis iuramentum de fide seruanda prestitit. et infeodatus a rege. tristis recessit. Electus autem cum pocioribus regni principibus aquisgranum ducitur. et in festo Pentecosten proximo a domino Mogontino Archiepiscopo ungitur et coronatur. quem dominus Nycolaus IIII. papa suis litteris confirmat. et electioni consentit. et ad coronam inuitat. Similiter et dominus Celestinus V^s. et dominus Bonifacius VIII^s. Dux Austrie predictus dolens quod in regnum non erat promotus. incipit discordiam seminare inter principes. de consilio auunculi sui. Alberti comitis de Hairlo. habitis hinc inde colloquiis cum Rege Bohemie et ducibns Karinthie. et Mogontino Archiepiscopo per interpositas personas. conspiracione cum predictis facta mouet exer-

exercitum de Auſtria ad partes Reni. tranſiens per Stiriam et Karinthiam. ubi diuerſos Eccleſiaſticos et ſeculares per pecuniam quam mutuo non in parua quantitate a ducibus Karinthie receperat. et falſas promiſſiones corrupit. ueniensque ad partes Reni in Oppidum Schafhawſen. A Moguntino et ſibi adherentibus in regem conſtituitur. domino Adolfo rege ſuperſtite et regnante. huius diſcordie auctor permaxime fuit Archiepiſcopus Moguntinus. Poſt hec in bello campeſtri congrediuntur. ubi dominus Adolfus rex predictus nimium feruens vindictam perſecutoris ſui. exercitu ſuo a tergo relicto. perſequitur cum paucis regem ſiue ducem intruſum. et in ipſa congreſſione lapſus in equo uulneratus. hiis quos a tergo reliquerat. uenientibus. rex mortuus eſt inuentus. qui aput ſanctimoniales in valle roſarum ſepelitur. anno regi ſui VI°. in craſtino Proceſſi et Martiniani. quia ſepultura regia aput Spiream per predictum Albertum intruſum ſibi tunc fuit denegata.

Incidencia.

M°. cc°. xciij°. Dominus Gwilhelmus Premonſtratenſis Abbas in Octaua Apoſtolorum Petri et Pauli uiſitat Eccleſiam Oſterhouenſem. cum adiuncta ſibi ſocietate. ſcilicet venerabilibus patribus. Cuſſianenſi. Arnſtainenſi. abbatibus. et prepoſito de Mani. cum aliis prelatis prouincialibus. ſcilicet Vrſpergenſi. Scheftlarenſi. Nouecellenſi. Windebergenſi. Spainſhartenſi. qui eidem occurrerunt. ſub domino Vlrico huius loci abbate. anno Regiminis ſui vj°. qui eciam cum eodem uenerunt, cauſa viſitacionis per Sweuiam. Bawariam. Auſtriam et Morauiam. uſque ad Eccleſiam Chunicenſem. ibi relicto predicto domino Premonſtratenſi. iniungitur ei uiſitatio eccleſie in Griuental in Karinthia. Dirigit autem iter ſuum predictus dominus Premonſtratenſis uerſus Bohemiam. cuius terre Eccleſias ſui ordinis viſitat. et a Re-

 ge

ge venzezlao ſecundo. honorifice recipitur et benignice pertractatur. Demum de ipſa terra egreditur per Egram et Ratiſponam rediens ad terram ſuam peracturus Capitulum generale.

Nycolaus IIII. papa obiit.

M°. cc. xciiij°. Vacat ſedes fere annis iij. Dominus Adolfus rex terras Turringie. et Michſne. rebellantes ſibi intrauit. et duobus annis manens ibidem. eaſdem expugnauit. et ſic pax eiſdem terris rediit. Ipſe enim. Marchio qui eaſdem terras ex parte Friderici quondam Imperatoris. perſecutoris Eccleſie. male poſſederat. preter alia Epiſcopum et Canonicos Michſenſes. a ſuis habitacionibus et rebus eiecerat. et horreum feni pro equis ſuis fecerat de Eccleſia Kathedrali. Item ipſo tempore Rex Adolfus repetiuit a Rege francie. Regnum Arelatum. et quaſdam alias terras et prouincias. quas dicebat eſſe imperij. Inſuper et Spineam Coronam domini. quas niſi redderet. in manu forciori requirere uellet. a quo impeditur per diſcordiam quam Dux Auſtrie Albertus ſibi mouit.

M°. cc°. xcv°. In die Paſce. quod tunc euenit in vigilia Ambroſij. cecidit nix hora matutina. ad ſpiſſitudinem erecte manus. et permanſit uſque ad horam diei ix^m.

Eodem anno in octaua S. Auguſtini. per terremotum Clauſtrum ordinis Premonſtratenſis Churbaldia. et xv. caſtra in eodem confinio funditus corruerunt.

M°. cc°. xcvi. Eligitur nutu diuino uir Religioſus nomine Petrus de Menrona in ſummum pontificem et vocatus eſt Celeſtinus V. qui ſedit menſibus vi. et reſignauit et conſtitucionem quod fieri poſſet. edidit de plenitudine ſue poteſtatis. Cui ſucceſſit dominus Benedictus Cardinalis. qui vocatus eſt Bonifacius VIII. qui ſtatim poſt creacionem ſuam omnes gracias et conceſſiones. quas predeceſſor ſuus in ſimplicitate ſua fecerat caſſauit atque reuocauit. et ipſum recluſit. ne ſciſma fieret.

ret. si a populo raperetur. qui post ij. nnos obiit et dicitur quod dominus per eum multa miracula operetur.

M°. cc°. xcij°. Incipit conspiratio contra Adolfum regem romanorum. Dominus Otto dux Bawarie adherens domino Adolfo regi Romanorum de comite Alberto dicto de hairloch gloriose triumphat et occisus est ab eo. qui ipsum occidere cogitauerat fraudulenter.

M°. cc°. xcviij°. Dominus Adolfus rex in die sanctorum Processi et Martiniani occisus in bello campestri occubuit.

Anni domini Alberti Regis.

Anno domini M°. cc°. xcviij. Albertus quondam dux Austrie. mortuo domino Adolfo rege. licet prius per Moguntinum Archiepiscopum eidem fuisset superpositur adhuc ipso uiuente. tamen postea cum maiori astucia hoc effecit inductus per Archiepiscopum predictum ut se coram principibus regni humiliaret. et regnum quod male intrauerat sub condicionibus resignaret. Quod et factum est in vigilia beati Iacobi subsequenter coram electoribus regni. Denuo itaque predictus Archiepiscopus cum quibusdam aliis electoribus resignacione recepta. in electione ipsius concordant ut intrusio ipsius maiori astucia dealbaretur. Ducitur itaque ab eisdem Aquisgrani ad coronandum et incipit regnare. quem tamen dominus Bonifacius VIII. papa uir utique sciencia discretione et omni morum honestate conmendandus. pro rege non nominat. nec in eum consentit. Ipse uero rex in sequenti autumpno in Nurnberch curiam generalem indicit. ubi omnes principes regni conuocantur. et ibidem Regina ab Archiepiscopo in iungitur et coronatur. Anno autem regni sui iij. principes Ecclesiastici. scilicet Moguntinus. Treuerensis. Coloniensis. cum Rudolfo palatino comite Reni. concorditer regi predicto se obponunt. sed in anno sequenti cum eodem plene concordant. Anno uero regni sui vi°. domi-

minus Bonifacius viii. papa anno pontificatus sui ix°. cum eo plene concordat. et eum regem nominat. approbat atque confirmat. in eumque consentit in publico Sermone in die Apostolorum Philippi et Iacobi. et ad imperialem coronam suscipiendam literis ac nunciis sollempniter inuitauit. ubi non uenit. sed Regem Bohemorum venzezlaum ii. et alios principes in Alemannia constitutos mirabiliter oppressit et afflixit. Congregans itaque exercitum validum descendit per Bawariam magno uallatus exercitu. domino Ottone duce Bawarie sibi cooperante. cum aliis multis de Reno. Franconia. Sueuia. Bawaria. Austria. Stiria. Karinthia. ac Vngaria. numero quasi x. milibus. uenit in Bohemiam usque ad Chuttam. ibique parum proficiens aeris intemperie impediente. rediit circa festum beati Martini eadem uia qua uenerat ad partes Reni. circa annum domini M°. ccc°. v°. Post hec diuersas tirannides exercens in suos cum maneret in terra Alsacie circa Renum in hereditate Paterna. in festo Apostolorum Philippi et Iacobi. recipiens vicem fraudis quam fecerat in suum predecessorem a fratruele suo Duce Iohanne quem exheredauerat a regno Bohemorum propter filios suos quos ibi uoluit esse heredes gladio transfixus subito occubuit. ecclesiasticis Sacramentis minime receptis. circa annum domini M°. ccc°. viij.

Incidencia.

M°. cc°. xcviii. Ciuitas Pataniensis se domino suo patauiensi episcopo Wernhardo opposuit et tam episcopus quam canonici ciuitatem exeuntes eam per excommunicacionem in certas personas et interdictum in locum spiritaliter. et eciam per machinas a monte S. Georgii. et aliis modis licet non multum fortiter eosdem ciues ciuiliter impugnarunt. volebant nempe predicti ciues habere magistrum ciuium. Consules et Rectores ciuitatis a se electos et sigillum speciale et campa-

panas iam erexerant ad eorum consilium conuocandum. et sic intendebant more regalium ciuitatum. utpote Ratispona. non regi mandatis episcopi. sicut ante consueuerant. sed propriis Rectoribus et magistro. et super predicta discordia tam ipse episcopus quam ciues. Albertum regem in curia quam celebrauit aput Nurnberch accesserunt suas querimonias proponentes. predictus uero rex non per formam iudicii. sed per arbitrium eosdem ciues cum episcopo concordauit. ita uidelicet. quod Sigillum et campanas domino episcopo tradiderunt quarum una eciam hodie in Ecclesia Sancti Stephani Patauiensi habetur. promiserunt eciam predicti ciues memorato episcopo et suis successoribus de cetero fideliter obedire. nec similia adtemptare. et insuper coacti sunt dare duo milia librarum patauiensium pro emenda.

Eodem anno exorta est fama de Iudeis. quod corpus dominicum in mortario contuderint. et sanguis in multa quantitate emanauerit. qui postea a Iudeis non poterat occultari. Ob hoc omnes Iudei in herwipoli, Nürnberch. Rotenburch et eciam per totam franconiam per insultum populi. et quosdam. qui se in magna multitudine collegerant. et quendam qui Rintflaischz dicebatur. quem pro principe elegerant. uolencium uindicare. tam recentem iniuriam Saluatoris, incendio sunt cremati. et adeo ualida fuit eorum persecucio, quod etiam Castrum regale in Nurnwerch. Castrum eciam Wildenstain prope nouum forum. ut de aliis Castris et oppidis franconie taceam, in quibus se Iudei cum armis defensionis. coniunctis Christianis non paucis receperant. sint in breui diei spacio expungnata. et tam ipsa Castra quam Iudei et Christiani ibidem incendio perierunt. et quod durum est dictu. licet durius sit facto. Iudei seniores. timentes ne pueri et femine baptisma ut ignem euaderent peterent. eos propriis manibus. ante se ignibus subiecerunt. et ipsimet postmodum

insilierunt in ignem. arma eciam et pecuniam ne ipsis cederent christianis prius quam se ipsos voragini flammarum tradiderunt. et aput Babenberch et aput Amberch contigit idem. Ciues tamen Ratisponenses. suam uolentes honorare ciuitatem ipsos Iudeos absque iudicio occidi et destrui uetuerunt. dicentes quod voluntati dei. in Iudeorum interfectione nollent resistere. sed expectare donec de hoc quod hec vindicta esset a domino eis fieret maior fides. et sic Iudei Ratispone. licet cum multa difficultate usque hodie incendium euaserunt.

Eodem anno celebrauit curiam sollempnem aput Nurnberch. cui interfuerunt principes Alamannie Ecclesiastici. et Seculares. et alij nobiles multi. et in eadem curia quasdam leges edixit. filiumque suum primogenitum Rudolfum nomine pro duce Austrie deputauit.

Circa idem tempus Bonifacius VIII. papa fecit et ad generalia studia sub Bulla transmisit sextum librum decretalium. in quo multa que antea erant in scolis. et in iudiciis ambigua declarauit. et duos cardinales deposuit ut patet clarius in eodem.

Item controuersias et materias questionum inter episcopos. prelatos et clerum ex una parte. et fratres predicatores et Minores ex altera. que per plures annos iam suscitate durauerant. decidit ut patet in littera que sic incipit. Bonifacius episcopus etc. Super kathedram preeminencie. pastoralis etc.

M°. cc°. xcix°.

M°. ccc°. Dominus Bonifacius VIII. papa pontificatus sui anno vj°. sanctum Ludwicum Regem francie kanonizauit. et omnes indulgencias accedentium ad Basilicas beatorum Apostolorum Petri et Pauli in vrbe Romana confirmauit adprobauit et innouauit. et de plenitudine sue potestatis perpetuo augmentauit. ut in eodem. et in quolibet centesimo anno conpleto. accedentes causa deuocionis ad predictas Basilicas uere punitentibus et confessis. plenissimam omnium suorum peccato-

catorum veniam consequenter iniungendo pro penitencia Romanis. ut xxx. diebus continuis ipsas Basilicas ad minus semel in die accedant. forensibus autem per xv. dies continuos. simili modo. in penitencie forma.

Eodem anno incliti duces Bawarie. Otto et Stephanus gladiis militaribus in Oppido Lanczhût accincti sunt cum multis nobilibus terre inter quos erant precipui. Albertus et Alramus iuniores comites de Hals.

M°. ccc°. i°. iij°. Nonas Maij donatum est Ecclesie in Osterhouen ius Patronatus Ecclesie in Winczer per venerabilem in Christo patrem dominum Leupoldum Episcopum Babenbergensem. de vnanimi consensu tocius capituli eiusdem Ecclesie. ad instanciam domini Vlrici huius loci Abbatis, anno Pontificatus sui. v°.

M°. ccc. ij°.

M°. ccc°. iij°. Dominus Bonifacius viij. papa in Regem Albertum qui hactenus non fuerat in gracia propter infamiam occisionis domini Adolfi regis consentit et per famosos et honestos nuncios eum ad graciam Sedis recipit. ipsumque in publico Sermone in festo Apostolorum Philippi et Iacobi regem adprobat atque ad coronam inperialem suscipiendam inuitat.

Ipsa eadem die Regem francie Philippum qui Romane Ecclesie inobediens in multis arguebatur et legatos Sedis in sua terra dehonestauerat excommunicauit, et terram suam sub interdicto posuit. Econtra predictus rex francie in proximo festo beati Iohannis baptiste omnes prelatos et doctores Regni sui Parisius conuocauit de quorum consilio et consensu quosdam articulos contra predictum papam. licet minus racionabiles conscripsit. et ad futurum papam uel concilium contra sentenciam in eum latam coram toto clero sollempniter appellauit. Post hec in festo beati Ieronimi ex procuracione regis predicti ut dicitur a Domino Serra Senatore et amicis Cardinalium de Columpna depositorum. dominus Bonifacius papa predictus. in suo palacio

Anan-

giſtro curie. cum aliis nobilibus paucis. cum eſſet in Brûnna. animatus maiori audacia de regalibus ſibi aſſignatis. idem regnum cum paucis de Bawaria contra voluntatem Alberti regis romanorum et filii ſui Rudolfi ducis Auſtrie. ſub magno periculo corporis et rerum. quaſi verus heres intrauit. poſſidendum. recipiens ſe in Buda circa feſtum beati Martini. et ſubſequenter in die beati Nycolai. per quoſdam Epiſcopos preſentibus multis Baronibus cum comite Ybano et duce Stephano aliisque multis in Weizzenburch coronatur. habens ſecum inſignia eiuſdem regni. et potenter regnat circa Budam. et terminos ibidem vicinos. precioſiſque clanodiis. a comitibus illius terre honoratur.

Eodem anno dominus Albertus ſenior comes de Hals infirmitate pregrauatus. volens ſe tranſferre ad ſuum dominium. deſcendit a Strubinga in aquam. venit ad forum Pogen. nec conſilio medicorum ultra progredi valens. decubuit. et receptis Eccleſiaſticis Sacramentis. iij. Nonas Octobris moritur. deduciturque in aqua vſque ad Eccleſiam Oſterhovenſem. et in eiuſdem Monaſterij Capitulo honorifice ſepelitur. per dominum Wernhardum venerabilem epiſcopum patauienſem preſentibus multis terre huius prelatis.

Eodem anno Ditricus huius Eccleſie canonicus infra Octauas Natiuitatis beate virginis propter reſignacionem domini H. windbergenſis abbatis. dicti Neczſtoller. poſtulato generaliter domino. Vlrico. huius loci abbate. qui eandem electionem ex parte ordinis rexit. et renuncianti eidem. vnanimi conſenſu totius conuentus. ipſe predictus dominus. Ditricus. per eundem abbatem Eccleſie windebergenſi preficitur.

M°. ccc°. vij. Manente in vngaria domino Ottone rege. ut magis potenter regnare poſſet. de conſilio quorundam vngarorum ſibi filia ducis Ladizlay vltra ſiluanj. deſponſatur. ſed poſtmodum per inſidias ut dicitur Alberti regis romanorum. per vngaros et ipſum Ladiz-

laum

laum captiuatur. ac per annum et amplius in captiuitate detinetur. vbi multas miſerias et infinita mala perpeſſus eſt.

Eodem anno Albertus iunior comes de Hals. et dominus hartlibus de Pûchberg. circa feſtum S. Georii regi iam deſponſata vxore. et vngaris vniuerſaliter petentibus. ut rex ſuos a ſe remoueret. ſub magnis periculis. et quaſi vagabundi. per terram Karinthie ad proprium ſolum redierunt. rege non dum captiuato. et potenter in quibuſdam partibus circa Budam regnante. ſed breui tempore ut ſupra ſcribitur captiuatur.

Eodem anno rex wenzezlaus iij. aput Brûnnam cum in meridie in lecto quieſceret. a ſuis occiditur. cui Rudolfus dux Auſtrie ab Alberto rege romanorum patre ſuo ad peticionem Bohemorum ſubſtituitur. quo breuiter mortuo. dux Karinthie. Heinricus. habens pro uxore filiam regis Wenzezlai. ii. de conſilio domini Ottonis regis vngarie regnum Bohemorum ſubintrauit.

Eodem anno rex Romanorum Albertus domino Ottone duce Bawarie. et Rege vngarie. manente ut ſupra ſcribitur in captiuitate vngarica. ab Auſtria ueniens potenti manu et ſine conductu voluit tranſire terram Bawarie. per pontem Eni in Caſtro ſuo Nevnburga. domino Stephano duce Bawarie in Lanczhûta grauiter decumbente. Audientes quod comites et Miniſteriales terre. eum inpedire volebant. adtendentes. ſibi et ſuorum ex hoc pericula inminere. habito itaque conſilio congregati ſunt cum magna multitudine nobilium. et peditum Ruſticorum. ante caſtrum Nevnburc ad ipſum inpediendum. ſed predictus rex audiens abſenciam Capitis. et negligenciam vicedominorum. et quia nullius Capitanei iuſſum aſpiciebant. nocturno tempore cum armatis ad Caſtrum predictum latenter veniens relicta a dorſo ſua comitiua. circa ciuitatem patauienſem. ſimulans ſe habere plures armatos. mane oriente ſole. bini et bini armati procedentes ut inperialem decuit miliciam. per

pontem Eni predictum. ad exercitum congregatum. ipsos Bawaros quasi sine Capite vt dictum est manentes. ab obsidione fugauit Castri et quosdam captiuauit. congregataque milicia terram potenter transiuit. incendiis et rapinis eam devastando. circa festum beati Martini confessoris.

M°. ccc°. viii. Dominus Otto rex vngarie et dux Bawarie. mirabiliter a captiuitate vngarica liberatus. per Prusciam et Rusciam ad terram suam rediens in ipsa uia filiam ducis Glouuie nomine Elyzabet desponsat. quam post ea breuiter ducit vxorem. quem redeuntem Bohemi et Bawari cum maximo gaudio susceperunt. sed dominus Albertus rex Romanorum de reuersione sua admirans non modicum tristabatur.

Eodem anno circa festum beati Thome apostoli obiit domina Elyzabet Comitissa de Hals relinquens duos filios. Albertum et Alrammum comites.

Ipso anno in die Apostolorum Philippi et Iacobi rex Romanornm Albertus. a fratruele suo duce Iohanne. gladio transfixus occubuit. in Alsacia. et ibidem sepelitur.

Eodem anno Comites de Hals ceperunt edificare castrum in Wildenstain. et dominus Otto adducit vxorem cum magno gaudio in terram Bawarie. et veniens in oppidum Strawbing. quam plures nobiles terre ibidem gladiis militaribus accinguntur.

Anni domini Hæinrici regis.

Anno domini M°. ccc°. viii°. occiso Alberto rege principes regni ad eligendum regem conueniunt in fronchenfûrt. in festo beate Katherine. et ibidem vnanimi consensu ad inperium eligunt dominum Heinricum comitem de Lúczelburch. qui in proximo post uentura Purificacione. Aquisgrani ab Archiepiscopo Moguntino in regem vngitur et coronatur. ab Augusto Cs. i. a quo omnes principes regni infeodati sunt. Hic primo anno regni sui.

fui. predecessores suos dominum Adolfum regem auunculum suum. necnon dominum Albertum regem. qui alias sepulti fuerant. conuocatis principibus Ecclesiasticis et Secularibus circa festum beati Michahelis in ciuitate Spirensi eosdem in Regum sepultura honorifice denuo sepeliuit.

Anno domini M°. ccc°. ix°. Deinde circa Renum et Alsacia. Sweuia. et franconia per aduocatos et ciuitates coniuratas bonam pacem faciens. comitem de Wirtenberch sibi et imperio rebellantem per destructionem Castrorum et deuastacionem possessionum incendiis et rapinis quasi omnino destruxit. Ad instanciam eciam Bohemorum mittit filium suum Iohannem in Bohemiam ad regnandum ibidem. Hainrico duce Karinthie refutato. adiungens sibi Moguntinum Archiepiscopum Petrum et dominum Rudolfum palatinum comitem Reni. ad subiugandam sibi terram et Barones rebelles. quod et factum est. Domino itaque Rudolfo ad terram suam redeunte. Moguntinus ibidem permansit et regem predictum post modicum temporis in ciuitate Pragensi sollempniter coronauit. Dominus autem Heinricus rex Romanorum predictus a domino Clemente V. papa in regno adprobatus et ad coronam inperii per ipsum inuitatus dirigit iter suum uersus ytaliam et in Lombardia ciuitate Mediolanensi se recipit. ubi ex aduentu suo maximum gaudium clero et populo fuit. et ut dicitur secunda corona est coronatus. Paduamque Bononiam et Brixiam sibi subiugauit.

M°. ccc°. ix. Dominus Otto rex et dux. cum domino Stephano germano suo memores iniuriarum sibi illatarum per regem Albertum. in suo transitu necnon filij sui ducis Austrie in introitu et exitu de vngaria. atque spoliorum et rapinarum que paciebatur terra continue per suos Castellanos. circa festum beati Mauricij. Castrum in Neunburch ducis Austrie obsidione cingunt. primo per comites de hals et vicedominos terre. postea

congregato exercitu cum sua presencia. usque ad instantem domini Natiuitatem, in quo festo tale frigus extitit, cui simile raro vmquam auditnm fuit.

M°. ccc°. x°. Bawari manentes in obsidione castri Nevnburch per fossatores et argentarios artificiose elaboratum est ut in die Epyphanie. muri ipsius Castri subfossi ruerent. ut omnibus introitus pateret. et Castellani fugientes: totum quod remansit. igne per eosdem consumptum est. Receperunt autem se in Castello Wernstain. ubi per clemenciam ducum Bawarie diuersis mediatoribus canonicis Patauiensibus et aliis nobilibus se interponientibus usque ad aduentum ducis Austrie sub quibusdam condicionibus et treygis remanserunt. quorum capitaneus fuerat nobilis de Lamberch. et in Nevnburch Castellanus.

Eodem anno circa mediam quadragesimam, Fridricus dux Austrie cum maneret in partibus Reni et esset infeodatus a rege Romanorum. Heinrico. et cum ipso concordatus sub quibusdam condicionibus audiens Castrum suum Nevnburch a Bawaris destructum pro viribus collegit exercitum. Rinensium ac Sueuorum descendens per districtum ac dominium Salczpurgensis Archiepiscopi ad terram Austrie. congregataque ibidem milicia. de vngaria. Austria. Stiria. atque Karinthia. cum machinis ac diuersis aliis armamentis. iter arripuit uersus Bawariam ad inuadendam eandem terram. atque specialiter ad destructionem castri Schærding. uolens uindicare suam iniuriam de Castro Nevnburch. habens in comitatu suo Chunradum archiepiscopum Salczpurgensem. quorum exercitus equestrium et pedestrium. ad. xv. milia estimabatur. Et cum venisset ultra Belsam ibidem veniendo in via obsedit quoddam ligneum Tugerium quod dicitur Ried. ubi per dies xiiij^{or} morabatur. terram Bawarie in istis partibus incendiis et rapinis deuastando. Tandem per resignacionem Castellani illud optinuit. et vltra cum suis progreditur usque Purchusum. ibi-

ibique ex alia parte Eni descendens congregatoque exercitu obsedit castrum in Scherdinga circa Assumpcionem virginis gloriose. Audiens autem Otto rex et Stephanus dux castrum suum obsessum. cuius castellani erant. Albertus et Alrammus. comites de Hals strennui milites. paulatim congregauerunt exercitum tantummodo de sua terra exceptis paucis hospitibus. scilicet duobus comitibus de Truhenting et hohenlôch. circa Natiuitatem beate virginis ex illa parte Eni cum sua milicia se collegit ad deffendendum Castrum et suum principatum. In quo exercitu ut dicitur erant mille quingente galee. et Rusticorum pedestrium. milia lx. Considerantes itaque Bawari. quod exercitus aduersariorum propter defectum victualium et nimium estum et equorum interitum cottidie diminueretur consilio inito audaciam sumunt. presumentes de dei gracia. et oracione religiosorum cogitabant congredi cum illis in bello campestri. habebant enim secum Sacerdotes seculares et religiosos diuersorum ordinum. qui ipsis diuina prout decuit christianos faciebant. Et quia transitus ultra Enum haberi non potuit ad congressionem. de consilio nobilis uiri Hartlibi de Puchperc pontem fabricare ceperunt. in cuius perfectione. cum de mane Bawari transire cogitarent. ipsi aduersarii multitudine Rusticorum territi. circa mediam noctem. Sueui cum Australibus. Dux cum Archiepiscopo, se ad fugam preparauerunt. ita quod circa ortum solis. iij. Nonas Nouembris. omnes fugam inierunt. et machinas ac tentoria igne succenderunt. relinquentes post se ut omnibus uidere uolentibus patuit. magnos equos. accipitres. galeas. vinum. mensas cum cibis preparatas. vestes cum Bracis. que omnia igne consumpta fuerunt. exceptis hiis que per Garciones pro modico vendita sunt. ex quibus erat Tentorium Archiepiscopale. quod dicebatur constare. xx. marcas. quod pro. iiij. ℔. patauiensibus venditum est. de quibus extant tales versus.

Acte-

Actenus audaces sueui nunc sunt fugientes.
Verbis procaces sed factis nil facientes.
Constructo ponte Schærding. mox deuia querunt
Non vi sed sponte. sine bracis vix abierunt.
Bawaricus flatus super Enum transagitatus.
Terruit Australes. leporum fugiendo sodales.
Australis turbe de Schærding cancer ab vrbe.
Octo tenet furca. quia (*spacium vacuum*) ut amerca.
Et bis sex ano conplectitur ille profano
Ore rapitque nouem cev lupus acer ouem.

M°. ccc°. xi°. Dominus Otto rex vngarie et Dux Bawarie. mortuo domino Stephano duce mediantibus archiepiscopo cum episcopis. et quibusdam nobilibus utriusque principatus. consentit in diem colloquii super forma conposicionis in controuersia ipsius et ducis Austrie. specialiter tamen ad instanciam relicte Alberti regis amite sue et locus ipsius colloquii deputatur ciuitas Patauiensis. ubi conueniunt in die Annunciacionis. ipsa regina predicta. cum duce Austrie filio suo. et alii pociores terre sue. et dominus Otto rex cum filiis domini Stephani ducis. Ottone et heinrico, Rudolfus et Ludwicus comites palatini Reni. hainricus dux Karinthie. et Comites de Ortenburch. et de Haimburch. comites de Hals. dominus Chunradus archiepiscopus Salczpurgensis. Wernhardus pataujensis. Iohannes Brixnensis et Gurcensis. episcopi. cum aliis multis prelatis. et sic durauit illud colloquium usque ad festum beati Georii. cuius finis talis erat quod dictus Otto rex et sui fratrueles. et Fridricus dux Austrie cum domina regina et suis filiis in plenam concordiam redierunt. et contra omnem hominem excepto imperio se iuuare mutuo iurauerunt. remanente duci Austrie Castello Wernstain. quod iuramento firmauit cum quibusdam approbantibus esse de terra Meranica. castrumque suum Nevnburch sine dampno principatus Bawarie reedificabit. capti etiam ex utra-

utraque parte liberi dimittebantur. et nobiles ex utraque parte ſunt reconciliati.

Eodem anno dominus Otto rex ex permiſſione comitum et aliorum nobilium terre pro releuandis ſuis debitis recepit prouentus omnium religioſorum epiſcorum et virorum eccleſiaſticorum. comitum et omnium aliorum nobilium exceptis hiis qui propriis ſumptibus excolebant. ab aliis uero mediocribus et humilibus. utriuſque ſexus partem octauam. ſicut et ante fecerat vice bina.

Eodem anno obiit. dominus Emicho friſingenſis epiſcopus. cui ſuccedit magiſter Gotfridus eiuſdem eccleſie Decanus.

Eodem anno aput Viennam gallie in kalendis Octobris celebratur concilium a domino Clemente V. papa pro reformacione morum vniuerſalis Eccleſie et paſſagio terre ſancte. et ordo templariorum qui in magnis caſibus delatus fuit concilio approbatione eiuſdem omnino deſtruitur. exterminabitur. atque deletur. fuerunt autem in eodem concilio Patriarche. Archiepiſcopi. epiſcopi. numero (*ſpatium vacuum*) abbates et magiſtri ordinum cum aliis prelatis in numero copioſo. rex francie Phylippus cum Germano. et duobus filiis. rex Arragonie cum aliis multis. finitur autem idem concilium anno ſequenti. Iohannis ante portam latinam. pontificatus domini Clementis V. pape anno vij.

Eodem anno fuit tanta kariſtia. quod Modius Landawenſis Siliginis vendebatur pro vij. ℔. ratiſponenſibus. ſcaffa pataujenſis pro xi. ℔. pataujenſibus. Auſtralis modius pro x. ℔. wiennenſibus.

M°. ccc°. xii. Chunradus Archiepiſcopus Salczpurgenſis obiit. viij. Kalendas Aprilis. cui dominus Wichardus. eiuſdem eccleſie decanus ſuccedit. electione canonica. et recipit pallium a domino Clemente V. papa pontificatus ſui anno vij.

Eodem anno v. Idus Septembris obiit dominus Otto Rex vngarie. dux Bawarie. et comes palatinus Reni. receptis Sacramentis Ecclesiasticis in oppido Lanczhut. et in claustro Monialium ibidem sepelitur. relinquens post se heredem nomine Heinricum ex domina sua agnete (*elyzabeth*) vxore sua. ducissa Gloauie.

Eodem anno dominus Guilermus premonstratensis. et dominus Petrus Cussiacensis abbates. obierunt.

M°. ccc°. xiii°. Dominus Chunradus Ratisponensis episcopus. ix. Kalendas februarii diem clausit extremum. cui subsequenter in kathedra. S. Petri electione canonica dominus Nicolaus Regis Boemie Prothonotarius ipsius ecclesie canonicus succedit.

Eodem anno iiij. Kalendas Augusti obiit dominus Wernhardus Patauiensis episcopus. vir pro mansuetudine Moysy coequalis. et in sua kathedrali ecclesia sub Testudine in abside dextra quam a fundo erexerat. a domino Aniensi episcopo sepelitur. presentibus octo prelatis sue Dyocesis. et clero ipusis ciuitatis. cui succedit venerabilis et deo deuotus Albertus.

Tum sæculi XV[i] manu adhuc sequentia adnotata sunt.

M. ccc. lxv. Illustrissimus Romanorum Imperator. et Boemie Rex. Karolus quartus. ad preces et mandata. sanctissimi in christo patris, domini Vrbani pape v[i] anno Pontificatus sui tercio. met. octingentesimus. Equitum. in crastino. ascensionis dominj. villam intrauit Auinionensem. vbi fere cum dicto domino. papa tribus ebdomadis est moratus. et ibidem duo mundj capita. in die Pentecostes in suis Pontificalibus ac imperialibus diuina peregerunt. Presentibus ducibus. de Stetin Rudolfo de Bauaria comite Reni Palatino. de Oppelhaim ij. de Teschin. j. Comitibus. Iohanne de Leutenberg, de Sobogia. de Schwartzpurch. &c. Eodem anno. Societas magna. venit ad partes Reni. scilicet ante Argentinam. vbi est fugata.

M.

M. cccc. xiiii. Concilium Conſtancienſe tractatur In quo primo Infula noſtro Monaſterio per abbatem Iohannem Vetter impetratur, qui ambitum et paradiſum deſtudinauit (*ita codex*) Et fontem et ambitum primitus introduxit.

M. ccc. xvij. Horreum noſtrum magnum comburitur et per tres dominos, Iohannem vetter, Iohannem Rauchen Andream Chawcz recuperatur, Eodem anno vina et omnia frumenta grandine fuerunt deuaſtata.

M. cccc. xxiiij. Peſtilentia hic regnat, drecenti moriuntur, duo ordinis fratres Iohannes Tegelſmit Iohan- Cancri, Eodem anno in Epiphania dux Iohannes Holandie moritur noſter dominus.

M. cccc. xv. Georius lantgrauius de Lewtberg intrat ordinem ſancti benedicti in chăſtl qui et comes de Halz nuncupatur. Idem poſt exiuit.

M. cccc. xxvj. Leonardus Laimingär Epiſcopus patauienſis a duce Alberto auſtrie patitur periculum. Item In die Palmarum Rex vngarie Sigiſmundus Wienne electores conuocat ad concordandum bauarie principes ſuper terre diuiſione atque litigio in conſtancienſi concilio perpetrato Item prefatus Epiſcopus xxvij ſeptimanis regem ſequitur (*Ita legendum videtur*) concordiam minime invenit. Sed dux auſtrie omnia bona multis annis occupauit. Eodem anno dux Saxonie ab huſſitis fugatur interfectis iiij. milibus. Item noua domus circa coquinam conſtruitur, abbas pataueie arreſtatur et clauibus priuatur.

M. cccc. xxvij. Omnes regni electores bohemiam invadunt cum omnibus terrarum ducibus ad expugnandos Huſſitas. circa feſtum Iacobi Epiſcopus patauienſis romam tranſiuit.

M. cccc. xxx. Incipit Concilium Baſilienſe.

M. cccc. xxxiij. Coronatur Sigiſmundus Romanorum rex In imperatorem.

CATALOGI

supra pagina 490. indicati.

Rubr. Catalogus Metropolitanorum Bawarie.

Sanctus Rudbertus Episcopus.
Sanctus Vitalis Episcopus et abbas S. Petri.
Anzogolus Episcopus et abbas.
Sauolus Episcopus et abbas.
Otzlo Episcopus et abbas.
Flogibris Episcopus et abbas.
Iohannes Episcopus et abbas.
Sanctus Virgilius episcopus.
Ochtricus episcopus et abbas.
Arno archiepiscopus et abbas.
Ammilon archiepiscopus et abbas.
Alrammus archiepiscopus et abbas.
Leuprimmus archiepiscopus.
Albinus arɔhiepiscopus.
Albertus archiepiscopus.
Ditmarus. archiepiscopus.
Pilgrimus archiepiscopus.
Vdalbertus. archiepiscopus.
Eglolfus archiepiscopus.
Heroldus archiepiscopus.
Fridricus. archiepiscopus.
S. Hertwicus archiepiscopus.
Guntherus. archiepiscopus.
Ditmarus. Archiepiscopus.
Paldwinus. archiepiscopus.
Gebhardus. archiepiscopus.
S. Tiemo archiepiscopus.
Chunradus. archiepiscopus.
Eberhardus. archiepiscopus.
Chunradus. archiepiscopus.
Adalbertus. archiepiscopus.
Chunradus. archiepiscopus.
Adalbertus reuocatur.
Eberhardus. archiepiscopus.
Purchardus. archiepiscopus.
Philippus archiepiscopus.
Vlricus. archiepiscopus.
Wladizlaus. archiepiscopus.
Fridricus. archiepiscopus.
Rudolfus. archiepiscopus.
Chunradus. archiepiscopus. ann. xxij
Wichardus. archiepiscopus.
Fridricus. archiepiscopus.

Pa-

Patauienſes Epiſcopi ab anno domini quingenteſimo. lxxx°.

Wiuilo.archiepiſcopus.ann. xxii. Hunc tranſtulit. Vtilo dux Bawarie de Laureaco in ciuitatem patauienſem.
Anſtulmus. epiſcopus. an.ix.
Wiſiricus. epiſcopus. an.ix.
Waldaricus. epiſcopus. an. xxvi.
Vrolfus. epiſcopus. an.i.
Hatto. epiſcopus. an.xi.
Reinhardus. epiſcopus. an. xx.
Hartwicus. epiſcopus. an. xxvi.
Erinricus. epiſcopus. an. ix.
Wichardus. epiſcopus. an. i.
Engelmarus. epiſcopus. an. xxii.
Richarius. epiſcopus. an. iii.
Burchardus. epiſcopus. an. xii.
Gumpoldus. epiſcopus. an. xvii.
Eberhardus. epiſcopus. an. xiii.
Adalbertus. epiſcopus. an. xv.
Pilgrimus. epiſcopus. an. xxix.
Chriſtianus. epiſcopus. an. xxii.
Perengerus. epiſcopus. an. xxxiij.
Egilbertus. epiſcopus. an. xix.
Altmannus. epiſcopus. an. xxvij.
Vdalricus. epiſcopus. an. xxxij.
Reinmarus. epiſcopus. an. xvij.
Regenbertus. epiſcopus. an. ix.
Chunradus. epiſcopus. an. xviij. poſtea archiepiſcopus Saltzburgenſis.
Rudbertus. epiſcopus. an. i.
Albo. electus. an. iij.
Hainricus. epiſcopus. an. i.
Theobaldus. epiſcopus. an. xvij.
Wolfkerus. epiſcopus. an. xiij. poſtea Patriarcha Aquilegenſis.
Poppo. epiſcopus. an. i.
Manegoldus. epiſcopus. an. ix.
Vlricus. epiſcopus. an. vii.
Eberhardus.epiſcopus.an.x.
Rudgerus. epiſcopus. an. xvij.
Berchtoldus. epiſcop. an. iij.
Otto. epiſcopus. an. xj.
Petrus. epiſcopus. an. xiiij[or].
Wichardus epiſcopus an. ij.
Gotfridus epiſcopus. an. ij.

 Wern-

Wernhardus epiſcopus. an. xxvij. menſibus. ij.
Gebhardus electus.
Hainricus Delfinus.
Albertus Dux Saxonie Epiſcopus datus a Papa.

Rubr. Kathalogus epiſcoporum Babenbergenſium ab anno domini M°. vi.

Eberhardus. epiſcopus an. xxxiij.
Swidigerus epiſcopus qui et papa. an. v.
Hertwicus. epiſcop. an. viij.
Adalbero. epiſcopus. an. ij.
Guntherus. epiſcopus. an. viij.
Hermannus. epiſcopus. an. x.
Rudbertus. epiſcopus. an. xxvij.
Sanctus Otto. epiſcopus. an. xxxvij.
Egelbertus. epiſcopus. an.
Eberhardus. epiſcopus. an.
Hermannus. epiſcopus. an.
Otto. epiſcopus. an.
Tyemo. epiſcopus. an.
Chunradus electus annum et dimidium.
Ekkbertus. epiſcopus. an. xxxvi.
Sifridus. electus. an. v.
Poppo electus.
Heinricus. epiſcopus. an. xvi.
Berchtoldus. epiſcopus. an.
Arnoldus. epiſcopus. an. x.
Leupoldus. epiſcopus. an. vij.
Wulfingus. epiſcopus. an.

Rubr. Prelati et Rectores Eccleſie S. Margarete. virginis. in Oſterhouen. ab anno domini. M. c. xxxvi. annotati.

Richwinus. annis ij. et reſignauit.
Truchmarus. an. xv.
Engelſchalcus. an. xxv.
Ditmarus. menſibus. viij. ij. Septembris.
Waltherus. an. xv.
Gerungus. an. xxxvi.
Vlricus. an. ij. et reſignauit.
Heinricus an. x. poſt hec predicator.
Perchtoldus. an. j. et reſignauit.
Hainricus. an. xvij. et reſignauit.
Eberhardus. an. j. et deponitur.
Vlricus. an. ij. et reſignauit.
Hermannus. vi. menſibus et deponitur.
Albertus an. ij.
Dippoldus, an. v. et deponitur.

Hert-

Hertwicus. vi. mensibus et resignauit.
Chunradus. an. xvij. et transfertur.
Vlricus. an. iiij. ebdomad. xvij.
Albero. an. ij. ebdomadibus. x.
Vlricus abbas. an. xxv. et mensibus. iij.
Vlricus. abbas. an. x.
Hermannus abbas. an. xiij^or^.

Rubr. Katalogus ducum Bawarie ab anno domini. d. xiiij^o^. regnante Iustino Imperatore. et Iohanne. ii. papa.

Theodo. i. dux.
Theodo. ii. dux.
Garibaldus. rex.
Thassilo. i. dux.
Theodo. iii. dux. Hunc. sanctus Rudpertus anno domini. dc. xvij. in Ratispona Metropoli Bawarie cum multis milibus eiusdem gentis baptizat.
Theodebertus. dux.
Theodo. iiii. dux. Iste cum filiis suis locauerunt. sanctum Corbinianum in castro frisingensi et primus inter principes de gente illa iuit Romam causa orationis. anno domini. dcc. xvi^o^.
Theodoaldus. dux.
Grimoaldus dux.
Hucpertus dux.
Vtilo dux. Hic transtulit wiuilonem archiepiscopum. de Laureaco in Patauiam. et Monasterium inferioris Althe. ex consilio. S. Pirminij. incipit edificare.
Thassilo. ii. dux. anno domini dcc. xliij. S. Valentinum. a Magetio transtulit in Patauiam. et ipsam Ciuitatem Bawarie instaurans et renouans. episcopatus sedem que apud Laureacum prius erat. prius quam ab hunis euerteretur ibidem instituit. *In margine rubrica.* Hic fuit Sororius Pipini regis francorum.
Karolus. i. rex.
Lotharius. i. rex.
Ludwicus. i. rex pius.
Karlomannus. rex.
Ludwicus. ii. rex.
Karolus ii. rex.

{*Rubr.* Prouincia Bawarie amodo nulli duci sed Comitibus est commissa usque ad Arnolfum.}

Ar-

Arnolfus dux. postea imperator.
Leupoldus. i. dux.
Arnoldus dux. impius.
Eberhardus. dux.
Perchtoldus. dux.
Heinricus. i. dux.
Heinricus. ii. dux.
Otto. i. dux.
Sanctus Heinricus. iii. dux postea imperator.
Heinricus. iiii. f. dux. fundator ecclesie in Osterhouen.
Heinricus. v. dux et rex.
Heinricus vi. dux.
Chuno. dux.
Agnes imperatrix.
Otto ii. dux.
Welfo. dux.
Heinricus. vii. dux.
Heinricus. viii. dux.
Leopoldus dux.
Heinricus. ix. dux. eiicitur. et fit M°. c°. l. vi°. primus dux Austrie.
Heinricus. x. Saxonum dux. proscribitur. et ab honoribus deponitur.

Rubr. Hic Schirenses principantur. per dominum Fridericum. i. imperatorem. M°. c°. lxxx°.

Otto. dux.
Ludwicus dux.
Otto dux palatinus Reni.
Ludwicus et Heinricus duces.
Otto. rex Vngarie. et dux Bawarie. cum Stephano.
Hainricus. Otto. Hainricus. duces.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.